

SCRITTI DI SAN FRANCESCO

INDICE

Giubilo su quelli che fanno penitenza.	Pag. 1
Lettera ai fedeli (Seconda recensione)	pag. 4
Testamento	pag. 6
Ammonizioni	pag. 8
Audite poverelle	pag. 14
Benedizione a S. Chiara	pag. 14
Cantico di Frate sole	pag. 15
Forma di vita data a S. Chiara	pag. 15
Lettera a S. Antonio	pag. 15
Lettera a tutto l'Ordine	pag. 16
Lettera a tutti i chierici	pag. 19
Lettera a S. Chiara sul digiuno	pag. 20
Lettere ai custodi	pag. 21
Lettera a Frate Leone	pag. 21
Lettera a donna Giacomina	pag. 22
Lettera a un ministro	pag. 22
Lodi al Dio altissimo	pag. 23
Benedizione a frate Leone	pag. 23
Esortazione alla lode di Dio	pag. 24
Saluto alle virtù	pag. 24
Lodi per ogni ora	pag. 25
Lettera ai reggitori dei popoli	pag. 26
Parafrasi del Padre Nostro	pag. 27
Pregghiera davanti al Crocifisso	pag. 28
Della vera e perfetta letizia	pag. 28
Regola Bollata	pag. 29
Regola non bollata	pag. 34
Saluto alla B: V. Maria	pag. 43
Testamento	pag. 43
Testamento di Siena	pag. 45
Ufficio della Passione del Signore	pag. 45
Ultime volontà	pag. 51

HAEC SUNT VERBA VITAE ET SALUTIS
QUAE SI QUIS LEGERIT ET FECERIT
INVENIET VITAM ET AURIET SALUTEM A
DOMINO DE ILLIS QUI FACIUNT
PENITENTIAM.

(Recensio Prior)

Cap. I De illis qui faciunt poenitentiam.

¹ In nomine Domini. Omnes qui Dominum diligunt *ex toto corde, ex tota anima et mente, ex tota virtute*, et diligunt proximos suos sicut se ipsos, ²et odio habent corpora eorum cum vitiis et peccatis, ³et recipiunt corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, ⁴et faciunt fructus dignos poenitentiae: ⁵O quam beati et benedicti sunt illi et illae, dum talia faciunt et in talibus perseverant, ⁶quia *requiescet super eos spiritus Domini* et faciet *apud eos habitaculum et mansionem*, ⁷et sunt filii patris caelestis, cuius opera faciunt, et sunt sponsi, fratres et matres Domini nostri Jesu Christi. ⁸Sponsi sumus, quando Spiritu Sancto coniungitur fidelis anima Domino nostro Jesu Christo. ⁹Fratres ei sumus, quando facimus *voluntatem patris qui in caelis est*. ¹⁰Matres, quando portamus eum in corde et corpore nostro per divinum amorem et puram et sinceram conscientiam; parturimus eum per sanctam operationem, quae lucere debet aliis in exemplum. ¹¹O quam gloriosum est, sanctum et

magnum in caelis habere patrem! ¹²O quam sanctum, paraclitum, pulchrum et admirabilem talem habere sponsum! ¹³O quam sanctum et quam dilectum, beneplacitum, humilem, pacificum, dulcem, amabilem et super omnia desiderabilem habere talem fratrem et talem filium: Dominum nostrum Jesum Christum, ¹⁴qui posuit animam pro ovibus suis et oravit patri dicens: *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi in mundo; tui erant et mihi dedisti eos*: ¹⁵Et *verba quae mihi dedisti, dedi eis; et ipsi acceperunt et crediderunt vere, quia a te exivi et cognoverunt, quia tu me misisti*. ¹⁶Rogo pro eis et non pro mundo. ¹⁷Benedic et sanctifica et pro eis sanctifico me ipsum. ¹⁸Non pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum illorum in me, ut sint sanctificati in unum sicut et nos. ¹⁹Et volo, pater, ut ubi ergo sum et illi sint mecum, ut videant claritatem meam in regno tuo. Amen.

Cap. II De illis qui non agunt poenitentiam.

¹Omnes autem illi et illae, qui non sunt in poenitentia, ²et non recipiunt corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, ³et operantur vitia et peccata et qui ambulant post malam concupiscentiam et mala desideria carnis suae, ⁴et non observant, quae promiserunt Domino, ⁵et serviunt corporaliter mundo carnalibus desiderii et sollicitudinibus saeculi et curis huius vitae: ⁶detenti a diabolo, cuius sunt filii et eius opera faciunt, ⁷caeci sunt, quia verum lumen non vident Dominum nostrum Jesum Christum. ⁸Sapientiam non habent spiritualem, quia non habent Filium Dei qui est vera sapientia Patris, ⁹de quibus dicitur: *Sapientia eorum deglutita est; et Maledicti qui declinant a mandatis tuis*. ¹⁰Vident et agnoscunt, sciunt et faciunt mala et ipsi scienter perdunt animas. ¹¹Videte, caeci, decepti ab inimicis vestris: a carne, mundo et diabolo; quia corpori dulce est facere peccatum et amarum est facere servire Deo; ¹²quia omnia vitia et peccata *de corde hominum* exeunt et *procedunt*, sicut dicit Dominus in Evangelio. ¹³Et nihil habetis in hoc saeculo neque in futuro. ¹⁴Et putatis diu possidere vanitates huius saeculi, sed decepti estis, quia veniet dies et hora, de quibus non cogitatis nescitis et ignoratis; infirmatur corpus, mors appropinquat et sic moritur amara morte. ¹⁵Et ubicumque, quandocumque, qualitercumque moritur homo in criminali peccato sine poenitentia et satisfactione, si potest satisfacere et non satisfacit, diabolus rapit animam suam de corpore eius cum tanta angustia et tribulatione, quod nemo potest scire, nisi qui recipit. ¹⁶Et omnia talenta et potestatem et *scientiam et sapientiam*, quae putabant habere, auferretur ab eis. ¹⁷Et propinquis et amicis relinquunt et ipsi tulerunt et diviserunt substantiam eius et dixerunt postea: Maledicta sit anima sua, quia potuit plus dare nobis et acquirere quam non acquisivit. ¹⁸Corpus comedunt vermes, et ita perdidit corpus et animam in isto brevi saeculo et ibunt in inferno, ubi cruciabuntur sine fine.

¹⁹Omnes illos quibus litterae istae pervenerint, rogamus in caritate quae Deus est, ut ista supradicta odorifera verba Domini nostri Jesu Christi cum divino amore benigne recipiant. ²⁰Et qui nesciunt legere, saepe legere faciant; ²¹et apud se retineant cum sancta operatione usque in finem, quia *spiritus et vita sunt*. ²²Et qui hoc non fecerint, tenebuntur reddere *rationem in die iudicii ante tribunal* Domini nostri Jesu Christi.

Giubilo su quelli che fanno penitenza.

QUESTE SONO PAROLE DI VITA E DI SALVEZZA CHE SE QUALCUNO LEGGERA' E METTERA' IN PRATICA INCONTRERA' LA VITA E OTTERRA' LA SALVEZZA DAL SIGNORE RIGUARDO A QUELLI CHE FANNO PENITENZA.

Capitolo I°

[178/1] ¹Nel nome del Signore. Tutti coloro che amano il Signore *con tutto il cuore, tutta l'anima e la mente, con tutta la forza* e amano i loro prossimi come se stessi, ²e hanno in odio i loro corpi con i loro vizi e peccati, ³e ricevono il corpo e il sangue del Signore nostro Gesù Cristo, ⁴e fanno frutti degni di penitenza.

[178/2] ⁵Oh, come sono beati e benedetti quelli e quelle, quando fanno tali cose e perseverano in esse; ⁶perché *riposerà su di essi lo Spirito del Signore*, e farà presso di loro la sua abitazione e *dimora*; ⁷e sono figli del Padre celeste del quale compiono le opere, e sono sposi, *fratelli e madri* del Signore nostro Gesù Cristo.

⁸Siamo sposi, quando l'anima fedele si unisce al Signore nostro Gesù Cristo per virtù di Spirito Santo. ⁹Siamo suoi fratelli quando facciamo *la volontà del Padre che è nei cieli*. ¹⁰Siamo madri, quando lo portiamo nel cuore e nel corpo nostro per mezzo del divino amore e della pura e sincera coscienza, lo generiamo attraverso le opere sante, che devono risplendere agli altri in esempio.

[178/3] ¹¹Oh, come è glorioso, santo e grande avere in cielo un Padre!

¹²Oh, come è santo, fonte di consolazione, bello e ammirabile avere un tale Sposo!

¹³Oh, come è santo e come è caro, piacevole, umile, pacifico, dolce, amabile e desiderabile sopra ogni cosa avere un tale fratello e un tale figlio, il Signore nostro Gesù Cristo, ¹⁴il quale offrì la sua vita per le sue pecore, e pregò il Padre dicendo: "*Padre santo, custodiscili nel tuo nome, coloro che mi hai dato nel mondo; erano tuoi e tu li hai dati a me*". ¹⁵E le parole che desti a me le ho date a loro; ed essi le hanno accolte ed hanno creduto veramente che sono uscito da te, e hanno conosciuto che tu mi hai mandato. ¹⁶To prego per essi e non per il mondo. ¹⁷Benedicili e santificali! E per loro io santifico me stesso. ¹⁸Non prego soltanto per loro, ma anche per coloro che crederanno in me per la loro parola, *perché siano santificati nell'unità, come lo siamo anche noi*. ¹⁹E voglio, Padre, *che dove sono io siano anch'essi con me, affinché contemplino la mia gloria nel tuo regno*. Amen.

Cap II° . Guai a quelli che non fanno penitenza.

[178/4] ¹Tutti quelli e quelle, invece, che non vivono nella penitenza, ²e non ricevono il corpo e il sangue del Signore nostro Gesù Cristo, ³e si abbandonano ai vizi e ai peccati e camminano dietro la cattiva concupiscenza e i cattivi desideri della loro carne, ⁴e non osservano quelle cose che hanno promesso al Signore, ⁵e servono con il proprio corpo al mondo, agli istinti carnali ed alle sollecitudini del mondo e alle preoccupazioni di questa vita: ⁶costoro sono prigionieri del diavolo del quale sono figli e fanno le opere; ⁷sono ciechi, poiché non vedono la vera luce, il Signore nostro Gesù Cristo. ⁸Non hanno la sapienza spirituale, poiché non posseggono il Figlio di Dio, che è la vera sapienza del Padre; ⁹di loro è detto: "*La loro sapienza è stata ingoiata*" e: "*Maledetti coloro che si allontanano dai tuoi comandamenti*". ¹⁰Essi vedono e

riconoscono, sanno e fanno ciò che è male, e consapevolmente perdono la loro anima.

[178/5] ¹¹Vedete, o ciechi, ingannati dai vostri nemici, cioè dalla carne, dal mondo e dal diavolo, che al corpo è cosa dolce fare il peccato e cosa amara sottoporsi a servire Dio, ¹²poiché tutti i vizi e i peccati escono e *procedono dal cuore degli uomini*, come dice il Signore nel Vangelo. ¹³E non avete niente in questo mondo e neppure nell'altro. ¹⁴E credete di possedere a lungo le vanità di questo secolo, ma vi ingannate, perché verrà il giorno e l'ora alla quale non pensate, non sapete e ignorate. Il corpo si ammala, la morte si avvicina e così si muore di amara morte.

[178/6] ¹⁵E in qualsiasi luogo, tempo e modo l'uomo muore in peccato mortale, senza aver fatto penitenza e dato soddisfazione, se poteva darla e non lo ha fatto, il diavolo rapisce l'anima di lui dal suo corpo, con una angoscia e tribolazione così grande, che nessuno può sapere se non colui che la prova.

¹⁶E tutti i talenti e il potere e *la scienza e sapienza*, che credevano di possedere sarà loro tolta. ¹⁷E lasciano tutto ai parenti ed agli amici. Ed ecco, questi si sono già preso e spartito tra loro il patrimonio di lui, e poi hanno detto: "Maledetta sia la sua anima, poiché poteva darci di più e procurarsi di più di quanto si è procurato!" ¹⁸I vermi mangiano il cadavere, e così hanno perduto il corpo e l'anima in questa breve vita e andranno all'inferno, dove saranno tormentati eternamente.

Postscritto.

[178/7] ¹⁹Tutti coloro ai quali perverrà questa lettera, li preghiamo, *nella carità che è Dio*, che accolgano benignamente con divino amore queste fragranti parole del Signore nostro Gesù Cristo, che abbiamo scritto. ²⁰E coloro che non sanno leggere, se le facciano leggere spesso, ²¹e le imparino a memoria, mettendole in pratica santamente sino alla fine, poiché *sono spirito e vita*.

²²E coloro che non faranno questo, dovranno renderne, *ragione nel giorno del giudizio, davanti al tribunale* del Signore nostro Gesù Cristo.

(Recensio posterior)

¹In nomine Domini Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Universis christianis religionis, clericis et laicis, masculis et feminis, omnibus qui habitant in universo mundo, frater Franciscus, eorum servus et subditus, obsequium cum reverentia, pacem veram de caelo et sinceram in Domino caritatem.

²Cum sim servus omnium, omnibus servire teneor et administrare odorifera verba Domini mei. ³Unde in mente considerans, quod cum personaliter propter infirmitatem et debilitatem mei corporis non possim singulos visitare, proposui litteris praesentibus et nuntiis verba Domini nostri Jesu Christi, qui est Verbum Patris, vobis referre et verba Spiritus Sancti, quae *spiritus et vita sunt*.

⁴Istud Verbum Patris tam dignum, tam sanctum et gloriosum nuntiavit altissimus Pater de caelo per sanctum Gabrielem angelum suum in uterum sanctae ac gloriosae virginis Mariae, ex cuius utero veram recepit carnem humanitatis et fragilitatis nostrae. ⁵Qui, *cum dives esset super omnia, voluit ipse in mundo cum beatissima Virgine, matre sua, eligere paupertatem*. ⁶Et prope passionem celebravit pascha cum discipulis suis et accipiens panem gratias egit et

benedixit et fregit dicens: *Accipite et comedite, hoc est corpus meum.* ⁷*Et accipiens calicem dixit: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* ⁸Deinde oravit Patrem dicens: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* ⁹*Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram.* ¹⁰Posuit tamen voluntatem suam in voluntate Patris dicens: *Pater, fiat voluntas tua; non sicut ego volo, sed sicut tu.* ¹¹Cuius Patris talis fuit voluntas, ut filius eius benedictus et gloriosus, quem dedit nobis et natus fuit pro nobis, se ipsum per proprium sanguinem suum sacrificium et hostiam in ara crucis offerret; ¹²non propter se, per quem facta sunt omnia, sed pro peccatis nostris, ¹³relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius. ¹⁴Et vult ut omnes salvemur per eum et recipiamus ipsum puro corde et casto corpore nostro. ¹⁵Sed pauci sunt, qui velint eum recipere et salvi esse per eum, licet eius *iugum suave et onus ipsius leve.*

¹⁶Qui nolunt gustare, quam *suavit* sit *Dominus* et diligunt *tenebras magis quam lucem* nolentes adimplere mandata Dei, maledicti sunt; ¹⁷de quibus dicitur per prophetam: *Maledicti qui declinant a mandatis tuis.* ¹⁸Sed, o quam beati et benedicti sunt illi qui Deum diligunt et faciunt sicut dicit ipse Dominus in evangelio: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde et ex tota mente et proximum tuum sicut te ipsum.*

¹⁹Diligamus igitur Deum et adoremus eum puro corde et pura mente, quia ipse super omnia quaerens dixit: *Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate.* ²⁰Omnes enim, *qui adorant eum, in spiritu veritatis oportet eum adorare.* ²¹Et dicamus ei laudes et orationes *die ac nocte* dicendo: *Pater noster, qui es in caelis, quia oportet nos semper orare et non deficere.*

²²Debemus siquidem confiteri sacerdoti omnia peccata nostra; et recipiamus corpus et sanguinem Domini Jesu Christi ab eo. ²³Qui non manducat carnem suam et non bibit sanguinem suum, *non potest introire in regnum Dei.* ²⁴Digne tamen manducet et bibat, quia qui *indigne* recipit *iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini*, id est non discernit. ²⁵Faciamus insuper *fructus dignos poenitentiae.* ²⁶Et diligamus proximos sicut nos ipsos. ²⁷Et si quis non vult eos amare sicut se ipsum, saltem non inferat eis mala, sed faciat bona.

²⁸Qui autem potestatem iudicandi alios receperunt iudicium cum misericordia exercent, sicut ipsi volunt a Domino misericordiam obtinere. ²⁹*Iudicium enim sine misericordia erit illis qui non fecerint misericordiam.* ³⁰Habemus itaque caritatem et humilitatem; et faciamus eleemosynas, quia ipsa lavat animas a sordibus peccatorum. ³¹Homines enim omnia perdunt, quae in hoc saeculo relinquunt; secum tamen portant caritatis mercedem et eleemosynas, quas fecerunt, de quibus habebunt a Domino praemium et dignam remunerationem.

³²Debemus etiam ieiunare et abstinere a vitiis et peccatis et a superfluitate ciborum et potus et esse catholici. ³³Debemus etiam ecclesias visitare frequenter et venerari clericos et revereri, non tantum propter eos, si sint peccatores, sed propter officium et administrationem sanctissimi corporis et sanguinis Christi, quod sacrificant in altari et recipiunt et aliis administrant. ³⁴Et firmiter sciamus omnes quia nemo salvari potest, nisi per sancta verba et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, quae clerici dicunt, annuntiant et ministrant. ³⁵Et ipsi soli ministrare debent et non alii. ³⁶Specialiter autem religiosi, qui renuntiaverunt saeculo, tenentur plura et maiora facere, sed ista non dimittere.

³⁷Debemus odio habere corpora nostra cum vitiis et peccatis quia Dominus dicit in evangelio: *Omnia mala, vitia et*

peccata a corde exeunt. ³⁸Debemus diligere *inimicos* nostros et benefacere *his, qui nos odio habent.* ³⁹Debemus observare praecepta et consilia Domini nostri Jesu Christi. ⁴⁰Debemus etiam nosmetipsos abnegare et ponere corpora nostra sub iugo servitutis et sanctae obedientiae, sicut unusquisque promisit Domino. ⁴¹Et nullus homo teneatur ex obedientia obedire alicui in eo, ubi committitur delictum vel peccatum.

⁴²Cui autem obedientia commissa est et *qui habetur maior, sit sicut minor* et aliorum fratrum servus. ⁴³Et in singulos fratres suos misericordiam faciat et habeat, quam vellet sibi fieri, si in consimili casu esset. ⁴⁴Nec ex delicto fratris irascatur in fratrem, sed cum omni patientia et humilitate ipsum benigne moneat et sustineat.

⁴⁵Non debemus secundum carnem esse sapientes et prudentes, sed magis debemus esse simplices, humiles et puri. ⁴⁶Et habeamus corpora nostra in opprobrium et despectum, quia omnes per culpam nostram sumus miseri et putridi, foetidi et vermes, sicut dicit Dominus per prophetam: *Ego sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis.* ⁴⁷Numquam debemus desiderare esse super alios, sed magis debemus esse servi et subditi *omni humanae creaturae propter Deum.* ⁴⁸Et omnes illi et illae, dum talia fecerint et perseveraverint usque in finem, *requiescet super eos Spiritus Domini* et faciet in eis habitaculum et mansionem. ⁴⁹Et erunt filii Patris caelestis, cuius opera faciunt. ⁵⁰Et sunt sponsi, fratres et matres Domini nostri Jesu Christi. ⁵¹Sponsi sumus, quando Spiritu Sancto coniungitur fidelis anima Jesu Christo. ⁵²Fratres enim sumus, quando facimus voluntatem patris eius, qui est in caelo; ⁵³matres quando portamus eum in corde et corpore nostro per amorem et puram et sinceram conscientiam; parturimus eum per sanctam operationem, quae lucere debet aliis in exemplum.

⁵⁴O quam gloriosum et sanctum et magnum habere in caelis Patrem! ⁵⁵O quam sanctum, paraclitum, pulchrum et admirabilem habere sponsum! ⁵⁶O quam sanctum et quam dilectum, beneplacitum, humilem, pacificum, dulcem et amabilem et super omnia desiderabilem habere talem fratrem et filium, qui posuit animam suam pro ovibus suis et oravit patrem pro nobis dicens: *Pater sancte, conserva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.* ⁵⁷Pater, omnes, *quos dedisti mihi in mundo, tui erant et mihi eos dedisti.* ⁵⁸Et *verba, quae dedisti mihi, dedi eis; et ipsi acceperunt et cognoverunt vere, quia a te exivi et crediderunt, quia tu me misisti;* rogo pro eis et *non pro mundo;* benedic et *sanctifica eos.* ⁵⁹Et *pro eis sanctifico me ipsum, ut sint sanctificati in unum sicut et nos sumus.* ⁶⁰Et volo, *pater ut ubi ego sum et illi sint mecum, ut videant claritatem meam in regno tuo.*

⁶¹Ei autem qui tanta sustinuit pro nobis, tot bona contulit et conferet in futurum, omnis creatura, quae est in caelis, in terra, in mari et in abyssis reddat laudem Deo, gloriam, honorem et benedictionem, ⁶²quia ipse est virtus et fortitudo nostra, qui est solus bonus, solus altissimus, solus omnipotens, admirabilis, gloriosus et solus sanctus, laudabilis et benedictus per infinita saecula saeculorum. Amen.

⁶³Omnes autem illi, qui non sunt in poenitentia et non recipiunt corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, ⁶⁴et operantur vitia et peccata, et qui ambulant post malam concupiscentiam et mala desideria, et non observant, quae promiserunt, ⁶⁵et serviunt corporaliter mundo carnalibus desideriis, curis et sollicitudinibus huius saeculi et curis huius vitae, ⁶⁶decepti a diabolo, cuius filii sunt et eius opera faciunt, caeci sunt, quia verum lumen non vident Dominum nostrum Jesum Christum. ⁶⁷Sapientiam non habent spiritualement, quia non habent Filium Dei in se, qui est vera sapientia Patris; de quibus dicitur: *Sapientia eorum devorata est.* ⁶⁸Vident, agnoscunt,

sciunt et faciunt mala; et scienter perdunt animas. ⁶⁹Videte, caeci, decepti ab inimicis nostris scilicet a carne, a mundo et a diabolo, quia corpori dulce est facere peccatum et amarum servire Deo, quia *omnia mala*, vitia et peccata *de corde hominum* exeunt et *procedunt*, sicut dicit Dominus in evangelio. ⁷⁰Et nihil habetis in hoc saeculo neque in futuro. ⁷¹Putatis diu possidere vanitates huius saeculi, sed decepti estis, quia veniet dies et hora, de quibus non cogitatis et nescitis et ignoratis.

⁷²Infirmatur corpus, mors appropinquat, veniunt propinqui et amici dicentes: Dispone tua. ⁷³Ecce uxor eius et filii eius et propinqui et amici fingunt flere. ⁷⁴Et respiciens videt eos flentes, movetur malo motu; cogitando intra se dicit: Ecce animam et corpus meum et omnia mea pono in manibus vestris. ⁷⁵Vere, iste homo est maledictus, qui confidit et exponit animam suam et corpus et omnia sua in talibus manibus; ⁷⁶unde Dominus per prophetam: *Maledictus homo qui confidit in homine*. ⁷⁷Et statim faciunt venire sacerdotem; dicit ei sacerdos: "Vis recipere poenitentiam de omnibus peccatis tuis?" ⁷⁸Respondet: "Volo". "Vis satisfacere de commissis et his quae fraudasti et decepisti homines sicut potes de tua substantia?" ⁷⁹Respondet: "Non". Et sacerdos dicit: "Quare non?". ⁸⁰"Quia omnia disposui in manibus propinquorum et amicorum." ⁸¹Et incipit perdere loquelam et sic moritur ille miser.

⁸²Sed sciant omnes, quod ubicumque et qualitercumque homo moriatur in criminali peccato sine satisfactione et potest satisfacere et non satisfacit, diabolus rapit animam eius de corpore suo cum tanta angustia et tribulatione, quantam nullus scire potest, nisi qui recipit. ⁸³Et omnia talenta et potestas et scientia, quam putabat habere, *aufferetur ab eo*. ⁸⁴Et propinquis et amicis relinquit et ipsi tollent et dividunt substantiam eius et dicent postea: "Maledicta sit anima eius, quia potuit plus dare nobis et acquirere quam non acquisivit." ⁸⁵Corpus comedunt vermes; et ita perdit corpus et animam in isto brevi saeculo et ibit in inferno, ubi cruciabitur sine fine.

⁸⁶In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. ⁸⁷Ego frater Franciscus, minor servus vester, rogo et obsecro vos in caritate, quae Deus est, et cum voluntate osculandi vestros pedes, quod haec verba et alia Domini nostri Jesu Christi cum humilitate et caritate debeatis recipere et operari et observare. ⁸⁸Et omnes illi et illae, qui ea benigne recipient, intelligent et mittent aliis in exemplum, et si in ea *perseveraverint usque in finem*, benedicat eis Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Amen.

LETTERA AI FEDELI (Seconda recensione)

[179] ¹Nel nome del Signore, Padre e Figlio e Spirito Santo. Amen.

A tutti i cristiani religiosi, chierici e laici, uomini e donne, a tutti gli abitanti del mondo intero, frate Francesco, loro servo e suddito, ossequio rispettoso, pace dal cielo e sincera carità nel Signore.

[180] ²Poiché sono servo di tutti, sono tenuto a servire tutti e ad amministrare le fragranti parole del mio Signore. ³E perciò, considerando che non posso visitare personalmente i singoli, a causa della malattia e debolezza del mio corpo, mi sono proposto di riferire a voi, mediante la presente lettera e messaggio, le parole del Signore nostro Gesù Cristo, che è il Verbo del Padre, e le parole dello Spirito Santo, che sono *spirito e vita*.

I.

IL VERBO DEL PADRE

[181] ⁴L'altissimo Padre celeste, per mezzo del santo suo angelo Gabriele, annunciò questo Verbo del Padre, così degno, così santo e glorioso, nel grembo della santa e gloriosa Vergine Maria, e dal grembo di lei ricevette la vera carne della nostra umanità e fragilità.

[182] ⁵Lui, *che era ricco* sopra ogni altra cosa, volle scegliere in questo mondo, insieme alla beatissima Vergine, sua madre, la povertà.

[183] ⁶E, prossimo alla passione, celebrò la pasqua con i suoi discepoli, e prendendo il pane, rese grazie, lo benedisse e lo spezzò dicendo: " *Prendete e mangiate, questo è il mio corpo*". ⁷E prendendo il calice disse: " *Questo è il mio sangue della nuova alleanza, che per voi e per molti sarà sparso in remissione dei peccati*". ⁸Poi pregò il Padre dicendo: " *Padre, se è possibile passi da me questo calice*". ⁹E il suo sudore divenne simile a gocce di sangue che scorre per terra. ¹⁰Depose tuttavia la sua volontà nella volontà del Padre dicendo: " *Padre, sia fatta la tua volontà; non come voglio io, ma come vuoi tu*".

[184] ¹¹E la volontà di suo Padre fu questa, che il suo figlio benedetto e glorioso, che egli ci ha donato ed è nato per noi, offrì se stesso, mediante il proprio sangue, come sacrificio e vittima sull'altare della croce, ¹²non per se, poiché *per mezzo di lui sono state create tutte le cose*, ma in espiazione dei nostri peccati, ¹³*lasciando a noi l'esempio perché ne seguiamo le orme*. ¹⁴E vuole che tutti siamo salvati per mezzo di lui e che lo riceviamo col cuore puro e col nostro corpo casto.

[185] ¹⁵Ma pochi sono coloro che lo vogliono ricevere ed essere salvati per mezzo di lui, sebbene *il suo giogo sia soave e il suo peso leggero*.

II.

DI QUELLI CHE NON VOGLIONO OSSERVARE I COMANDAMENTI DI DIO.

[186] ¹⁶Coloro che non vogliono gustare quanto sia *soave il Signore e preferiscono le tenebre alla luce*, rifiutando di osservare i comandamenti di Dio, sono maledetti; ¹⁷di essi dice il profeta: " *Maledetti coloro che si allontanano dai tuoi comandamenti*". ¹⁸Invece, quanto sono beati e benedetti quelli che amano il Signore e fanno così come dice il Signore stesso nel Vangelo: " *Amerai il Signore tuo Dio con tutto il cuore e con tutta l'anima, e il prossimo tuo come te stesso*".

III.

DELL'AMORE DI DIO E DEL SUO CULTO.

[187] ¹⁹Amiamo dunque Dio e adoriamolo con cuore puro e mente pura, poiché egli stesso, ricercando questo sopra tutte le altre cose, disse: *I veri adoratori adoreranno il Padre nello spirito e nella verità*. ²⁰Tutti infatti *quelli che lo adorano, bisogna che lo adorino nello spirito* della verità.

[188] ²¹Ed eleviamo a lui lodi e preghiere *giorno e notte*, dicendo: " *Padre nostro, che sei nei cieli*", poiché *bisogna che noi preghiamo sempre senza stancarci*.

IV.

DELLA VITA SACRAMENTALE.

[189] ²²Dobbiamo anche confessare al sacerdote tutti i nostri peccati e ricevere da lui il corpo e il sangue del Signore nostro Gesù Cristo. ²³Chi non mangia la sua carne e non beve il suo sangue, *non può entrare nel regno di Dio*. ²⁴Lo deve però

mangiare e bere degnamente, poiché *chi* lo riceve *indegnamente mangia e beve la sua condanna, non discernendo il corpo del Signore*, cioè non distinguendolo dagli altri cibi.

[190] ²⁵Facciamo, inoltre, *frutti degni di penitenza*. ²⁶E amiamo i prossimi come noi stessi. ²⁷E se uno non vuole amarli come se stesso, almeno non arrechi loro del male, ma faccia del bene.

V.

DEL GIUDICARE CON MISERICORDIA.

[191] ²⁸Coloro poi che hanno ricevuto l'autorità di giudicare gli altri, esercitino il giudizio con misericordia, così come essi stessi vogliono ottenere misericordia dal Signore; ²⁹*infatti il giudizio sarà senza misericordia per coloro che non hanno usato misericordia*.

[192] ³⁰Abbiamo perciò carità e umiltà e facciamo elemosine, perché l'elemosina lava l'anima dalle brutture dei peccati. ³¹Gli uomini infatti perdono tutte le cose che lasciano in questo mondo, ma portano con se la ricompensa della carità e le elemosine che hanno fatto, di cui avranno dal Signore il premio e la degna ricompensa.

VI.

DEL DIGIUNO CORPORALE E SPIRITUALE.

[193] ³²Dobbiamo anche digiunare e astenerci dai vizi e dai peccati e da ogni eccesso nel mangiare e nel bere ed essere cattolici. ³³Dobbiamo anche visitare frequentemente le chiese e venerare e usare reverenza verso i chierici, non tanto per loro stessi, se sono peccatori, ma per l'ufficio e l'amministrazione del santissimo corpo e sangue di Cristo, che sacrificano sull'altare e ricevono e amministrano agli altri.

[194] ³⁴E siamo tutti fermamente convinti che nessuno può essere salvato se non per mezzo delle sante parole e del sangue del Signore nostro Gesù Cristo, che i chierici pronunciano, annunciano e amministrano. ³⁵Ed essi soli debbono amministrarli e non altri.

³⁶Specialmente poi i religiosi, i quali hanno rinunciato al mondo, sono tenuti a fare molte altre cose e più grandi, senza però tralasciare queste.

VII.

DELL'AMORE VERSO I NEMICI.

[195] ³⁷Dobbiamo avere in odio i nostri corpi con i vizi e i peccati, poiché il Signore dice nel Vangelo: Tutte le cose cattive, i vizi e i peccati *escono dal cuore*.

[196] ³⁸Dobbiamo *amare i nostri nemici e fare del bene a coloro che ci odiano*. ³⁹Dobbiamo osservare i precetti e i consigli del Signore nostro Gesù Cristo. ⁴⁰Dobbiamo anche rinnegare noi stessi e porre i nostri corpi sotto il giogo del servizio e della santa obbedienza, così come ciascuno ha promesso al Signore.

VIII.

DELL'UMILTA' NEL COMANDARE.

[197] ⁴¹E nessun uomo si ritenga obbligato dall'obbedienza ad obbedire a qualcuno la dove si commette delitto o peccato. ⁴²E colui al quale è affidata l'obbedienza e *che è ritenuto maggiore sia come il minore* e servo degli altri fratelli, ⁴³e usi e abbia nei confronti di ciascuno dei suoi fratelli quella misericordia che

vorrebbe fosse usata verso di sé qualora si trovasse in un caso simile.

[198] ⁴⁴E per il peccato commesso dal fratello non si adiri contro di lui, ma lo ammonisca e lo conforti con ogni pazienza e umiltà.

IX.

DEL FUGGIRE LA SAPIENZA CARNALE.

[199] ⁴⁵Non dobbiamo essere *sapienti* e prudenti *secondo la carne*, ma piuttosto dobbiamo essere semplici, umili e puri. ⁴⁶Teniamo i nostri corpi in umiliazione e dispregio, perché noi, per colpa nostra, siamo miseri, fetidi e vermi, come dice il Signore per bocca del profeta: "*Io sono un verme e non un uomo, l'obbrobrio degli uomini e scherno del popolo*".

⁴⁷Mai dobbiamo desiderare di essere sopra gli altri, ma anzi dobbiamo essere servi e *soggetti ad ogni umana creatura per amore di Dio*.

X.

DEL SERVO FEDELE CHE DIVIENE DIMORA DI DIO.

[200] ⁴⁸E tutti quelli e quelle che si dipoteranno in questo modo, fino a quando faranno tali cose e persevereranno in esse sino alla fine, *riposerà* su di essi *lo Spirito del Signore*, ed egli ne farà sua abitazione e *dimora*. ⁴⁹E saranno figli del Padre celeste, di cui fanno le opere, ⁵⁰e sono sposi, fratelli e madri del Signore nostro Gesù Cristo.

⁵¹Siamo sposi, quando l'anima fedele si congiunge a Gesù Cristo per l'azione dello Spirito Santo. ⁵²E siamo fratelli, quando facciamo la volontà del Padre suo, che è in cielo. ⁵³Siamo madri, quando lo portiamo nel nostro cuore e nel nostro corpo attraverso l'amore e la pura e sincera coscienza, e lo generiamo attraverso il santo operare, che deve risplendere in esempio per gli altri.

[201] ⁵⁴Oh, come è glorioso e santo e grande avere in cielo un Padre!

⁵⁵Oh, come è santo, consolante, bello e ammirabile avere un tale Sposo!

⁵⁶Oh, come è santo, come è delizioso, piacevole, umile, pacifico, dolce e amabile e sopra ogni cosa desiderabile avere un tale fratello e figlio, il quale offrì la sua vita per le sue pecore e pregò il Padre per noi, dicendo: "*Padre santo, custodisci nel tuo nome quelli che mi hai dato*". ⁵⁷Padre, tutti *coloro che mi hai dato nel mondo erano tuoi e tu li hai dati a me*. ⁵⁸E *le parole che desti a me, le ho date a loro; ed essi le hanno accolte e veramente hanno riconosciuto che io sono uscito da te ed hanno creduto che tu mi hai mandato. Io prego per loro e non per il mondo. Benedicili e santificali*. ⁵⁹E per loro io santifico me stesso affinché siano santificati nell'unità come lo siamo noi. ⁶⁰E voglio, o Padre, *che dove io sono ci siano anch'essi con me, affinché vedano la mia gloria nel tuo regno*".

[202] ⁶¹A colui che tanto patì per noi, che tanti beni ha elargito e ci elargirà in futuro, a Dio, ogni creatura che vive nei cieli, sulla terra, nel mare e negli abissi, renda lode, gloria, onore e benedizione, ⁶²poiché egli è la nostra virtù e la nostra fortezza. Egli che *solo è buono*, solo altissimo, solo onnipotente, ammirabile, glorioso e solo è santo, degno di lode e benedetto per gli infiniti secoli dei secoli. Amen.

XI.

DI COLORO CHE NON FANNO PENITENZA.

[203] ⁶³Invece, tutti coloro che non vivono nella penitenza, e non ricevono il corpo e il sangue del Signore nostro Gesù Cristo, ⁶⁴e compiono vizi e peccati, e che camminano dietro la cattiva concupiscenza e i cattivi desideri, e non osservano quelle cose che hanno promesso, ⁶⁵e servono con il proprio corpo il mondo, gli istinti della carne, le cure e le preoccupazioni del mondo le cure di questa vita, ⁶⁶ingannati dal diavolo, di cui sono figli e ne compiono le opere, costoro sono ciechi, poiché non vedono la vera luce, il Signore nostro Gesù Cristo.

⁶⁷Questi non posseggono la sapienza spirituale, poiché non hanno in se il Figlio di Dio, che è la vera sapienza del Padre. Di essi dice la Scrittura: " *La loro sapienza è stata divorata*". ⁶⁸Essi vedono, conoscono, sanno e fanno il male e consapevolmente perdono le loro anime.

[204] ⁶⁹Vedete, o ciechi, ingannati dai nostri nemici, cioè dalla carne, dal mondo e dal diavolo, che al corpo è dolce fare il peccato ed è cosa amara servire Dio, poiché *tutte le cose cattive, vizi e peccati, escono e procedono dal cuore degli uomini* come dice il Signore nel Vangelo. ⁷⁰E così non possedete nulla né in questo mondo né nell'altro. ⁷¹Credete di possedere a lungo le vanità di questo secolo, ma vi ingannate, perché verrà *il giorno e l'ora che non pensate, non conoscete e ignorate*.

XII.

IL MORIBONDO IMPENITENTE.

[205] ⁷²Il corpo è infermo, si avvicina la morte, accorrono i parenti e gli amici e dicono: " Disponi delle tue cose". ⁷³Ecco, la moglie di lui, i figli, i parenti e gli amici fingono di piangere. ⁷⁴Ed egli, sollevando gli occhi, li vede piangere e, mosso da un cattivo sentimento, pensando tra se dice: " Ecco, la mia anima e il mio corpo e tutte le mie cose pongo nelle vostre mani". ⁷⁵In verità questo uomo è maledetto, poiché colloca la sua fiducia e affida la sua anima, il suo corpo e tutti i suoi averi in tali mani. ⁷⁶Perciò dice il Signore per bocca del profeta: " *Maledetto l'uomo che confida nell'uomo*".

⁷⁷E subito fanno venire il sacerdote. Gli domanda il sacerdote: " Vuoi ricevere la penitenza per tutti i tuoi peccati?". ⁷⁸Risponde "Sì". " Vuoi dare soddisfazione con i tuoi mezzi, così come puoi, per tutte le colpe e per quelle cose che hai defraudato e nelle quali hai ingannato gli uomini?". ⁷⁹Risponde: "No". E il sacerdote: "Perché no?". ⁸⁰"Perché ho consegnato ogni mio avere nelle mani dei parenti e degli amici". ⁸¹E incomincia a perdere la parola e così quel misero muore.

⁸²Ma sappiamo tutti che ovunque e in qualsiasi modo un uomo muoia in peccato mortale senza compiere la soddisfazione sacramentale, e può farlo e non lo fa, il diavolo rapisce la sua anima dal suo corpo con una angoscia e sofferenza così grandi che nessuno può sapere se non chi ne fa la prova. ⁸³E tutti i talenti e l'autorità e la scienza che credeva di possedere, *gli sono portati via*. ⁸⁴Egli li lascia ai parenti ed agli amici, ed essi prendono il patrimonio e se lo dividono e poi dicono: "Maledetta sia la sua anima, poiché poteva darci e acquistare più di quanto acquistò!". ⁸⁵I vermi divorano il corpo; e così quell'uomo perde l'anima e il suo corpo in questa breve vita e va all'inferno ove sarà tormentato eternamente.

⁸⁶Nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo. Amen.

[206] ⁸⁷Io frate Francesco, il più piccolo servo vostro, vi prego e vi scongiuro, *nella carità che è Dio*, e col desiderio di baciarmi i piedi, che queste parole e le altre del Signore nostro Gesù Cristo con umiltà e amore le dobbiate accogliere e attuare e osservare. ^{87bis}E coloro che non sanno leggere, se le facciano leggere spesso, e le imparino a memoria, mettendole in pratica

santamente sino alla fine, perché *sono spirito e vita*. E coloro che non faranno ciò, ne renderanno ragione nel giorno del giudizio davanti al tribunale di Cristo. ⁸⁸E tutti quelli e quelle che con benevolenza le accoglieranno e le comprenderanno e ne invieranno copie ad altri, se in esse *persevereranno fino alla fine*, li benedica il Padre e il Figlio e lo Spirito Santo. Amen.

TESTAMENTUM SENIS FACTUM.

¹Scribe qualiter benedico cunctis fratribus meis, qui sunt in religione et qui venturi erunt usque ad finem saeculi...

²Quoniam propter debilitatem et dolorem infirmitatis loqui non valeo, breviter in istis tribus verbis patefacio fratribus meis voluntatem meam, ³videlicet: ut in signum memoriae meae benedictionis et mei testamenti semper diligant se ad invicem, ⁴semper diligant et observent dominam nostram sanctam paupertatem, ⁵et ut semper praelatis et omnibus clericis sanctae matris ecclesiae fideles et subiecti existant.

TESTAMENTO DI SIENA. 1226.

[132] ¹ «Scrivi che benedico tutti i miei frati che sono ora nell'Ordine e quelli che vi entreranno fino alla fine del mondo. ² Siccome non posso parlare a motivo della debolezza e per la sofferenza della malattia, brevemente manifesto ai miei frati la mia volontà in queste tre esortazioni.

[133] ³ Cioè: in segno di ricordo della mia benedizione e del mio testamento, sempre si amino tra loro,

[134] ⁴ sempre amino ed osservino la nostra signora la santa povertà,

[135] ⁵ e sempre siano fedeli e sottomessi ai prelati e a tutti i chierici della santa madre Chiesa».

TESTAMENTUM sancti francisci

¹ [I] Dominus ita dedit mihi fratri Francisco incipere facienti poenitentiam: quia cum essem in peccatis nimis mihi videbatur amarum videre leprosos. ² Et ipse Dominus conduxit me inter illos et feci misericordiam cum illis. ³ Et recedente me ab ipsis, id quod videbatur mihi amarum, conversum fuit mihi in dulcedinem animi et corporis; et postea parum steti et exivi de saeculo. ⁴ Et Dominus dedit mihi talem fidem in ecclesiis, ut ita simpliciter orarem et dicerem: ⁵ " Adoramus te, Domine Jesu Christe, et ad omnes ecclesias tuas, quae sunt in toto mundo, et benedicimus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum". ⁶ Postea Dominus dedit mihi et dat tantam fidem in sacerdotibus, qui vivunt secundum formam sanctae ecclesiae Romanae propter ordinem ipsorum, quod si facerem mihi persecutionem, volo recurrere ad ipsos. ⁷ Et si haberem tantam sapientiam, quantam Salomon habuit, et invenirem pauperculos sacerdotes huius saeculi, in parochiis, quibus morantur, nolo praedicare ultra voluntatem ipsorum. ⁸ Et ipsos et omnes alios volo timere, amare et honorare, sicut meos dominos. ⁹ Et nolo in ipsis considerare peccatum, quia Filium Dei discerno in ipsis, et domini mei sunt. ¹⁰ Et propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc saeculo de ipso altissimo Filio Dei, nisi

sanctissimum corpus et sanctissimum sanguinem suum, quod ipsi recipiunt et ipsi soli aliis ministrant. ¹¹ Et haec sanctissima mysteria super omnia volo honorari, venerari et in locis pretiosis collocari. ¹² Sanctissima nomina et verba eius scripta, ubicumque invenero in locis illicitis, volo colligere et rogo, quod colligantur et in loco honesto collocentur. ¹³ Et omnes theologos et, qui ministrant sanctissima verba divina, debemus honorare et venerari, sicut qui ministrant nobis spiritum et vitam.

¹⁴ [II] Et postquam Dominus dedit mihi de fratribus, nemo ostendebat mihi, quid deberem facere, sed ipse Altissimus revelavit mihi, quod deberem vivere secundum formam sancti Evangelii. ¹⁵ Et ego paucis verbis et simpliciter feci scribi et dominus Papa confirmavit mihi. ¹⁶ Et illi qui veniebant ad recipiendam vitam, *omnia quae habere poterant*, dabant pauperibus; et erant contenti tunica una, intus et foris repeciata, cum cingulo et braccis. ¹⁷ Et nolebamus plus habere. ¹⁸ Officium dicebamus clerici secundum alios clericos, laici dicebant: Pater noster; et satis libenter manebamus in ecclesiis. ¹⁹ Et eramus idiotae et subditi omnibus. ²⁰ Et ego manibus meis laborabam, et volo laborare; et omnes alii fratres firmiter volo, quod laborent de laboritio, quod pertinet ad honestatem. ²¹ Qui nesciunt, discant, non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, sed propter exemplum et ad repellendam otiositatem. ²² Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad mensam Domini, petendo elemosynam ostiatim. ²³ Salutationem mihi Dominus revelavit, ut diceremus: Dominus det tibi pacem. ²⁴ Caveant sibi fratres, ut ecclesias, habitacula pauperum et omnia, quae pro ipsis construuntur, penitus non recipiant, nisi essent, sicut decet sanctam paupertatem, quam in regula promissimus, semper ibi hospitantes sicut advenae et peregrini. ²⁵ Praecipio firmiter per obedientiam fratribus universis, quod ubicumque sunt, non audeant petere aliquam litteram in curia Romana, per se neque per interpositam personam, neque pro ecclesia neque pro alio loco neque sub specie praedicationis neque pro persecutione suorum corporum; ²⁶ sed ubicumque non fuerint recepti, fugiant in aliam terram ad faciendam poenitentiam cum benedictione Dei.

²⁷ [III] Et firmiter volo obedire ministro generali huius fraternitatis et alio guardiano, quem sibi placuerit mihi dare. ²⁸ Et ita volo esse captus in manibus suis, ut non possim ire vel facere ultra obedientiam et voluntatem suam, quia dominus meus est. ²⁹ Et quamvis sim simplex et infirmus, tamen semper volo habere clericum, qui mihi faciat officium, sicut in regula continetur. ³⁰ Et omnes alii fratres teneantur ita obedire guardianis suis et facere officium secundum regulam. ³¹ Et qui inventi essent, quod non facerent officium secundum regulam, et vellent alio modo variare, aut non essent catholici, omnes fratres ubicumque sunt, per obedientiam teneantur, quod ubicumque invenerint aliquem ipsorum, proximiori custodi illius loci, ubi ipsum invenerint debeant repraesentare. ³² Et custos firmiter teneatur per obedientiam ipsum fortiter custodire, sicuti hominem in vinculis die noctuque, ita quod non possit eripi de manibus suis, donec propria sua persona ipsum repraesentet in manibus sui ministri. ³³ Et minister firmiter teneatur per obedientiam mittendi ipsum per tales fratres, quod die noctuque custodiant ipsum sicuti hominem in vinculis, donec repraesentent ipsum coram domino Ostiensi, qui est dominus, protector et corrector totius fraternitatis. ³⁴ Et non dicant fratres: "Haec est alia regula", quia haec est recordatio, admonitio, exhortatio et meum testamentum, quod ego frater Franciscus parvulus facio vobis fratribus meis benedictis propter hoc, ut regulam, quam Domino promissimus, melius catholice observemus.

³⁵ [IV] Et generalis minister et omnes alii ministri et custodes per obedientiam teneantur, in istis verbis non addere vel minuere. ³⁶ Et semper hoc scriptum habeant secum iuxta regulam. ³⁷ Et in omnibus capitulis quae faciunt, quando legunt regulam, legant et ista verba. ³⁸ Et omnibus fratribus meis clericis et laicis praecipio firmiter per obedientiam, ut non mittant glossas in regula neque in istis verbis dicendo: "Ita volunt intelligi". ³⁹ Sed sicut dedit mihi Dominus simpliciter et pure dicere et scribere regulam et ista verba, ita simpliciter et sine glossa intelligatis et cum sancta operatione observetis usque in finem. ⁴⁰ Et quicumque haec observaverit, in caelo repleatur benedictione altissimi Patris et in terra repleatur benedictione dilecti Filii sui cum sanctissimo Spiritu Paraclito et omnibus virtutibus caelorum et omnibus sanctis. ⁴¹ Et ego frater Franciscus parvulus vester servus quantumcumque possum, confirmo vobis intus et foris istam sanctissimam benedictionem.

TESTAMENTO DI FRANCESCO D'ASSISI.

[110] ¹ Il Signore dette a me, frate Francesco, d'incominciare a fare penitenza così: quando ero nei peccati mi sembrava cosa troppo amara vedere i lebbrosi ² e il Signore stesso mi condusse tra loro e usai con essi misericordia. ³ E allontanandomi da essi, ciò che mi sembrava amaro mi fu cambiato in dolcezza d'animo e di corpo. E di poi, stetti un poco e uscii dal mondo.

[111] ⁴ E il Signore mi dette tale fede nelle chiese che io così semplicemente pregavo e dicevo: ⁵ *Ti adoriamo, Signore Gesù Cristo, anche in tutte le tue chiese che sono nel mondo intero e ti benediciamo, perché con la tua santa croce hai redento il mondo.*

[112] ⁶ Poi il Signore mi dette e mi dà una così grande fede nei sacerdoti che vivono secondo la forma della santa Chiesa Romana, a motivo del loro ordine, che anche se mi facessero persecuzione, voglio ricorrere proprio a loro. ⁷ E se io avessi tanta sapienza, quanta ne ebbe Salomone, e mi incontrassi in sacerdoti poverelli di questo mondo, nelle parrocchie in cui dimorano, non voglio predicare contro la loro volontà.

[113] ⁸ E questi e tutti gli altri voglio temere, amare e onorare come miei signori. ⁹ E non voglio considerare in loro il peccato, poiché in essi io riconosco il Figlio di Dio e sono miei signori. ¹⁰ E faccio questo perché, dello stesso altissimo Figlio di Dio nient'altro vedo corporalmente, in questo mondo, se non il santissimo corpo e il santissimo sangue suo che essi ricevono ed essi soli amministrano agli altri.

[114] ¹¹ E voglio che questi santissimi misteri sopra tutte le altre cose siano onorati, venerati e collocati in luoghi preziosi. ¹² E dovunque troverò manoscritti con i nomi santissimi e le parole di lui in luoghi indecenti, voglio raccogliarli, e prego che siano raccolti e collocati in luogo decoroso.

[115] ¹³ E dobbiamo onorare e venerare tutti i teologi e coloro che amministrano le santissime parole divine, così come coloro che ci amministrano lo spirito e la vita (¹).

[116] ¹⁴ E dopo che il Signore mi dette dei frati, nessuno mi mostrava che cosa dovessi fare, ma lo stesso Altissimo mi

¹ Cfr. Gv 6,64.

rivelò che dovevo vivere secondo la forma del santo Vangelo¹⁵ Ed io la feci scrivere con poche parole e con semplicità, e il signor Papa me la confermò.

[117]¹⁶ E quelli che venivano per abbracciare questa vita, distribuivano ai poveri *tutto quello che potevano avere* (²), ed erano contenti di una sola tonaca, rappezzata dentro e fuori, del cingolo e delle brache.¹⁷ E non volevamo avere di più.

[118]¹⁸ Noi chierici dicevamo l'ufficio, conforme agli altri chierici; i laici dicevano i *Pater noster*, e assai volentieri ci fermavamo nelle chiese.¹⁹ Ed eravamo illetterati e sottomessi a tutti.

[119]²⁰ Ed io lavoravo con le mie mani e voglio lavorare; e voglio fermamente che tutti gli altri frati lavorino di un lavoro quale si conviene all'onestà.²¹ Coloro che non sanno, imparino, non per la cupidigia di ricevere la ricompensa del lavoro, ma per dare l'esempio e tener lontano l'ozio.

[120]²² Quando poi non ci fosse data la ricompensa del lavoro, ricorriamo alla mensa del Signore, chiedendo l'elemosina di porta in porta.

[121]²³ Il Signore mi rivelò che dicessimo questo saluto: «Il Signore ti dia la pace!».

[122]²⁴ Si guardino bene i frati di non accettare assolutamente chiese, povere abitazioni e quanto altro viene costruito per loro, se non fossero come si addice alla santa povertà, che abbiamo promesso nella Regola, sempre ospitandovi come *forestieri e pellegrini* (³).

[123]²⁵ Comando fermamente per obbedienza a tutti i frati che, dovunque si trovino, non osino chiedere lettera alcuna [di privilegio] nella curia romana, né personalmente né per interposta persona, né per una chiesa né per altro luogo né per motivo della predicazione, né per la persecuzione dei loro corpi;²⁶ ma, dovunque non saranno accolti, fuggano in altra terra a fare penitenza con la benedizione di Dio.

[124]²⁷ E fermamente voglio obbedire al ministro generale di questa fraternità e a quel guardiano che gli piacerà di assegnarmi.²⁸ E così voglio essere prigioniero nelle sue mani, che io non possa andare o fare oltre l'obbedienza e la sua volontà, perché egli è mio signore.

[125]²⁹ E sebbene sia semplice e infermo, tuttavia voglio sempre avere un chierico, che mi reciti l'ufficio, così come è prescritto nella Regola.

[126]³⁰ E tutti gli altri frati siano tenuti a obbedire così ai loro guardiani e a recitare l'ufficio secondo la Regola.³¹ E se si trovassero dei frati che non recitassero l'ufficio secondo la Regola, e volessero comunque variarlo, o non fossero cattolici, tutti i frati, ovunque sono, siano tenuti, per obbedienza, ovunque trovassero uno di essi, a consegnarlo al custode più vicino al luogo ove l'avranno trovato.³² E il custode sia ferma-

mente tenuto, per obbedienza, a custodirlo severamente, come un uomo in prigione, giorno e notte, così che non possa essergli tolto di mano, finché non lo consegni di persona nelle mani del suo ministro.³³ E il ministro sia fermamente tenuto, per obbedienza, a farlo scortare per mezzo di tali frati che lo custodiscano giorno e notte come un prigioniero, finché non lo consegnino al signore di Ostia, che è signore, protettore e correttore di tutta la fraternità.

[127]³⁴ E non dicano i frati: «Questa è un'altra Regola» «Questa è un'altra Regola», perché questa è un ricordo, un'ammonizione, un'esortazione e il mio testamento, che io, frate Francesco piccolino, faccio a voi, miei fratelli benedetti perché osserviamo più cattolicamente la Regola che abbiamo promesso al Signore.

[128]³⁵ E il ministro generale e tutti gli altri ministri e custodi siano tenuti, per obbedienza, a non aggiungere e a non togliere niente da queste parole.

[129]³⁶ E sempre tengano con sé questo scritto assieme alla Regola.³⁷ E in tutti i capitoli che fanno, quando leggono la Regola, leggano anche queste parole.

[130]³⁸ E a tutti i miei frati, chierici e laici, comando fermamente, per obbedienza, che non inseriscano spiegazioni nella Regola e in queste parole dicendo: «Così si devono intendere» «Così si devono intendere»;³⁹ ma, come il Signore mi ha dato di dire e di scrivere con semplicità e purezza la Regola e queste parole, così cercate di comprenderle con semplicità e senza commento e di osservarle con sante opere sino alla fine.

[131]⁴⁰ E chiunque osserverà queste cose, sia ricolmo in cielo della benedizione dell'altissimo Padre, e in terra sia ricolmo della benedizione del suo Figlio diletto col santissimo Spirito Paraclito e con tutte le potenze dei cieli e con tutti i santi.⁴¹ Ed io frate Francesco piccolino, vostro servo, per quel poco che io posso, confermo a voi dentro e fuori questa santissima benedizione. [Amen].

PREGHIERA ABSORBEAT

[277]¹ Rapisca, ti prego, o Signore,
l'ardente e dolce forza del tuo amore
la mente mia da tutte le cose che sono sotto il cielo,
² perché io muoia per amore dell'amor tuo,
come tu ti sei degnato morire
per amore dell'amor mio.

ADMONITIONES

Cap. I°: De corpore Domini.

¹ Dicit Dominus Jesus discipulis suis: *Ego sum via, veritas et vita; nemo venit ad Patrem nisi per me.*² Si cognoscetis me, et Patrem meum utique cognoscetis; et amodo cognoscetis eum et vidistis eum.³ Dicit ei Philippus: *Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis.*⁴ Dicit ei Jesus: *Tanto tempore vobiscum sum et non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem meum.*⁵ *Pater lucem habitat inaccessibilem, et spiritus est Deus, et Deum nemo viditumquam.*⁶ Ideo non nisi in spiritu videri potest, *quia spiritus est qui vivificat; caro non prodest quidquam.*⁷ Sed nec filius in eo, quod aequalis est Patri,

² Tb 1,3.

³

videtur ab aliquo aliter quam Pater, aliter quam Spiritus Sanctus.⁸ Unde omnes qui viderunt Dominum Jesum secundum humanitatem et non viderunt et crediderunt secundum spiritum et divinitatem, ipsum esse verum Filium Dei, damnati sunt;⁹ ita et modo omnes qui vident sacramentum, quod sanctificatur per verba Domini super altare per manum sacerdotis in forma panis et vini, et non vident et credunt secundum spiritum et divinitatem, quod sit veraciter sanctissimum corpus et sanguis Domini nostri Jesu Christi, damnati sunt,¹⁰ ipso altissimo attestante, qui ait: *Hoc est corpus meum et sanguis mei novi testamenti [qui pro multis effundetur]*;¹¹ et: *Qui manducant carnem meam et bibunt sanguinem meum, habet vitam aeternam*.¹² Unde spiritus Domini, qui habitat in fidelibus suis, ille est qui recipit sanctissimum corpus et sanguinem Domini.¹³ Omnes alii, qui non habent de eodem spiritu et praesumunt recipere eum, *iudicium sibi* manducant et *bibunt*.

¹⁴ Unde: *Filii hominum, usquequo gravi corde?* ¹⁵ Ut quid non cognoscitis veritatem et creditis in *Filium Dei*? ¹⁶ Ecce, quotidie humiliat se, sicut quando *a regalibus sedibus* venit in uterum Virginis; ¹⁷ quotidie venit ad nos ipse humilis apprensus; ¹⁸ quotidie descendit de sinu Patris super altare in manibus sacerdotis. ¹⁹ Et sicut sanctis apostolis in vera carne, ita et modo se nobis ostendit in sacro pane.

²⁰ Et sicut ipsi intuitu carnis suae tantum eius carnem videbant, sed ipsum Deum esse credebant oculis spiritualibus contemplantes,²¹ sic et nos videntes panem et vinum oculis corporeis videamus et credamus firmiter, eius sanctissimum corpus et sanguinem vivum esse et verum.²² Et tali modo semper est Dominus cum fidelibus suis, sicut ipse dicit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*.

I. Il corpo del Signore.

[141] ¹ Il Signore Gesù dice ai suoi discepoli: "*Io sono la via, la verità e la vita; nessuno viene al Padre se non per me*."² Se aveste conosciuto *me*, conoscereste anche il Padre mio; ma da ora in poi voi lo conoscete e lo avete veduto".³ Gli dice Filippo: "*Signore, mostraci il Padre e ci basta*".⁴ Gesù gli dice: "*Da tanto tempo sono con voi e non mi avete conosciuto? Filippo, chi vede me, vede anche il Padre mio*".

⁵ Il Padre abita una luce inaccessibile, e Dio è spirito, e nessuno ha mai visto Dio. ⁶ Perciò non può essere visto che nello spirito, poiché è lo spirito che dà la vita; la carne non giova a nulla.⁷ Ma anche il Figlio, in ciò per cui è uguale al Padre, non può essere visto da alcuno in maniera diversa dal Padre e in maniera diversa dallo Spirito Santo.

[142] ⁸ Perciò tutti coloro che videro il Signore Gesù secondo l'umanità, ma non videro né credettero, secondo lo spirito e la divinità, che egli è il vero Figlio di Dio, sono condannati. ⁹ E così ora tutti quelli che vedono il sacramento, che viene santificato per mezzo delle parole del Signore sopra l'altare nelle mani del sacerdote, sotto le specie del pane e del vino, e non vedono e non credono, secondo lo spirito e la divinità, che è veramente il santissimo corpo e il sangue del Signore nostro Gesù Cristo, sono condannati, ¹⁰ perché è l'Altissimo stesso che ne dà testimonianza, quando dice: "Questo è il mio corpo e il mio sangue della nuova alleanza [che sarà sparso per molti]",¹¹ e ancora: "Chi mangia la mia carne e beve il mio sangue, ha la vita eterna".

[143] ¹² Per cui lo Spirito del Signore, che abita nei suoi fedeli, è lui che riceve il santissimo corpo e il sangue del Signore.¹³ Tutti gli altri, che non partecipano dello stesso Spirito e presumono ricevere il santissimo corpo e sangue del

Signore, mangiano e bevono la loro condanna.¹⁴ Perciò: Figli degli uomini, fino a quando sarete duri di cuore?¹⁵ Perché non conoscete la verità e non credete nel Figlio di Dio?

[144] ¹⁶ Ecco ogni giorno egli si umilia, come quando dalla sede regale discese nel grembo della Vergine; ¹⁷ ogni giorno egli stesso viene a noi in apparenza umile; ¹⁸ ogni giorno discende dal seno del Padre sull'altare nelle mani del sacerdote. ¹⁹ E come ai santi apostoli si mostrò nella vera carne, così anche ora si mostra a noi nel pane consacrato. ²⁰ E come essi con gli occhi del loro corpo vedevano soltanto la carne di lui, ma, contemplandolo con gli occhi dello spirito, credevano che egli era lo stesso Dio, ²¹ così anche noi, vedendo pane e vino con gli occhi del corpo, dobbiamo vedere e credere fermamente che questo è il suo santissimo corpo e sangue vivo e vero.

[145] ²² E in tale maniera il Signore è sempre presente con i suoi fedeli, come egli stesso dice: "Ecco, io sono con voi sino alla fine del mondo".

Cap. II: De malo propriae voluntatis.

¹ Dixit Dominus ad Adam: *De omni ligno comede, de ligno autem boni et mali non comedas*. ² De omni ligno paradisi poterat comedere, quia dum non venit contra obedientiam, non peccavit. ³ Ille enim comedit de ligno scientiae boni, qui sibi suam voluntatem appropriat et se exaltat de bonis, quae Dominus dicit et operatur in ipso; ⁴ et sic per suggestionem diaboli et transgressionem mandati factum est pomum scientiae mali. ⁵ Unde oportet, quod sustineat poenam.

II. Il male della propria volontà.

[146] ¹ Disse il Signore a Adamo: "*Mangia pure i frutti di qualunque albero, ma dell'albero della scienza del bene e del male non ne mangiare*". ² Adamo poteva dunque mangiare i frutti di qualunque albero del Paradiso; egli, finché non contravvenne all'obbedienza non peccò.

[147] ³ Mangia, infatti dell'albero della scienza del bene colui che si appropria la sua volontà e si esalta per i beni che il Signore dice e opera in lui;⁴ e così, per suggestione del diavolo e per la trasgressione del comando, è diventato per lui il frutto della scienza del male. ⁵ Bisogna perciò che ne sopporti la pena.

Cap. III: De perfecta obedientia.

¹ Dicit Dominus in Evangelio: *Qui non renuntiaverit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus*; ² et: *Qui voluerit animam suam salvam facere perdet illam*. ³ Ille homo relinquit omnia, quae possidet, et perdit corpus suum, qui se ipsum totum praebet ad obedientiam in manibus sui praelati. ⁴ Et quidquid facit et dicit, quod ipse sciat, quod non sit contra voluntatem eius, dum bonum sit quod facit vera obedientia est. ⁵ Et si quando subditus videat meliora et utiliora animae suae quam ea quae sibi praelatus praecipiat, sua voluntarie Deo sacrificet; quae autem sunt praelati, opere studeat adimplere. ⁶ Nam haec est caritativa obedientia, quia Deo et proximo satisfacit.

⁷ Si vero praelatus aliquid contra animam suam praecipiat, licet ei non obediat, tamen ipsum non dimittat. ⁸ Et si ab aliquibus persecutionem inde sustinerit, magis eos diligat propter Deum. ⁹ Nam qui prius persecutionem sustinet, quam

velit a suis fratribus separari, vere permanet in perfecta obedientia, quia ponit *animam suam* pro fratribus suis.¹⁰ Sunt enim multi religiosi, qui sub specie meliora videndi quam quae sui praelati praecipunt, retro aspiciunt et *ad vomitum* propriae voluntatis redeunt;¹¹ hi homicidae sunt et propter mala sua exempla multas animas perdere faciunt.

III. L'obbedienza perfetta.

[148] ¹Dice il Signore nel Vangelo: " *chi non avrà rinunciato a tutto ciò che possiede non può essere mio discepolo*",² e " *Chi vorrà salvare la sua anima, la perderà*".

³Abbandona tutto quello che possiede e perde il suo corpo colui che sottomette totalmente se stesso all'obbedienza nelle mani del suo superiore.⁴ E qualunque cosa fa o dice che egli sa non essere contro la volontà di lui, purché sia bene quello che fa, è vera obbedienza.

[149] ⁵E se qualche volta il suddito vede cose migliori e più utili alla sua anima di quelle che gli ordina il superiore, volentieri sacrifichi a Dio le sue e cerchi invece di adempiere con l'opera quelle del superiore.⁶ Infatti questa è l'obbedienza caritativa, perché compiace a Dio ed al prossimo.

[150] ⁷Se poi il superiore comanda al suddito qualcosa contro la sua coscienza, pur non obbedendogli, tuttavia non lo abbandoni.⁸ E se per questo dovrà sostenere persecuzione da parte di alcuni, li ami di più per amore di Dio.⁹ Infatti, chi sostiene la persecuzione piuttosto che volersi separare dai suoi fratelli, rimane veramente nella perfetta obbedienza, poiché sacrifica *la sua anima* per i suoi fratelli.

[151] ¹⁰Vi sono infatti molti religiosi che, col pretesto di vedere cose migliori di quelle che ordinano i loro superiori, guardano indietro e *ritornano al vomito* della propria volontà.¹¹ Questi sono degli omicidi e sono causa di perdizione per molte anime con i loro cattivi esempi.

Cap. IV: Ut nemo appropriet sibi praelationem.

¹Non veni *ministrari, sed ministrare*, dicit Dominus.
²Illi qui sunt super alios constituti, tantum de illa praelatione gloriantur, quantum si essent in abluendi fratrum pedes officio deputati.³ Et quanto magis turbantur de ablata sibi praelatione quam de pedum officio, tanto magis sibi loculos ad periculum animae componunt.

IV. Che nessuno si appropri la carica di superiore.

[152] ¹Dice il Signore: " *Non sono venuto per essere servito ma per servire*".² Coloro che sono costituiti in autorità sopra gli altri, tanto devono gloriarsi di quell'ufficio prelatizio, quanto se fossero deputati all'ufficio di *lavare i piedi* ai fratelli.³ E quanto più si turbano se viene loro tolta la carica che se fosse loro tolto il servizio di lavare i piedi, tanto più mettono insieme per sé un *tesoro fraudolento* a pericolo della loro anima.

Cap. V: Ut nemo superbiat, sed gloriatur in cruce Domini.

¹Attende, o homo, in quanta excellentia posuerit te Dominus Deus, quia creavit et formavit te *ad imaginem* dilecti Filii sui secundum corpus *et similitudinem* secundum spiritum.
²Et omnes creaturae, quae sub caelo sunt, secundum se

serviunt, cognoscunt et obediunt Creatori suo melius quam tu.
³Et etiam daemones non crucifixerunt eum, sed tu cum ipsis crucifixisti eum et adhuc crucifigis delectando in vitiis et peccatis.⁴ Unde ergo potes gloriari?⁵ Nam si tantum esses subtilis et sapiens quod *omnem scientiam* haberes et scires interpretari omnia *genera linguarum* et subtiliter de caelestibus rebus perscrutari, in omnibus his non potes gloriari;⁶ quia unus daemon scivit de caelestibus et modo scit de terrenis plus quam omnes homines, licet aliquis fuerit, qui summae sapientiae cognitionem a Domino receperit specialem.⁷ Similiter et si esses pulchrior et ditior omnibus et etiam si facere mirabilia, ut daemones fugares, omnia ista tibi sunt contraria et nihil ad te pertinet et in his nil potes gloriari;⁸ sed in hoc possumus gloriari *in infirmitatibus* nostris et baiulare quotidie sanctam crucem Domini nostri Jesu Christi.

V. Che nessuno si insuperbisca, ma ognuno si glori nella croce del Signore.

[153] ¹Considera, o uomo, in quale sublime condizione ti ha posto il Signore Dio, poiché ti ha creato e formato a *immagine* del suo Figlio diletto secondo il corpo e a *similitudine* di lui secondo lo spirito.

[154] ²E tutte le creature, che sono sotto il cielo, ciascuna secondo la propria natura, servono, conoscono e obbediscono al loro Creatore meglio di te.³ E neppure i demoni lo crocifissero, ma sei stato tu con essi a crocifiggerlo, e ancora lo crocifiggi quando ti diletti nei vizi e nei peccati.⁴ Di che cosa puoi dunque gloriarti?

⁵Infatti se tu fossi tanto sottile e sapiente da possedere *tutta la scienza* e da saper interpretare *tutte le lingue* e acutamente perscrutare le cose celesti, in tutto questo non potesti gloriarti;⁶ poiché un solo demonio seppe delle realtà celesti e ora sa di quelle terrene più di tutti gli uomini insieme, quantunque sia esistito qualcuno che ricevette dal Signore una speciale cognizione della somma sapienza.

⁷Ugualmente, se anche tu fossi il più bello e il più ricco di tutti, e se tu operassi cose mirabili, come scacciare i demoni, tutte queste cose ti sono di ostacolo e non sono di tua pertinenza, ed in esse non ti puoi gloriare per niente;⁸ ma in questo possiamo *gloriarci, nelle nostre infermità* e nel portare sulle spalle ogni giorno la santa croce del Signore nostro Gesù Cristo.

Cap. VI: De imitatione Domini.

¹Attendamus, omnes fratres, bonum pastorem, qui pro ovibus suis salvandis crucis sustinuit passionem.² Oves Domini secutae fuerunt eum in tribulatione et persecutione, verecundia et fame, in infirmitate et tentatione et ceteris aliis; et de his receperunt a Domino vitam sempiternam.³ Unde magna verecundia est nobis servis Dei, quod sancti fecerunt opera et nos recitando ea volumus recipere gloriam et honorem.

VI. L'imitazione del Signore.

[155] ¹Guardiamo con attenzione, fratelli tutti, il *buon pastore* che *per salvare le sue pecore* sostenne la passione della croce.

²Le pecore del Signore l'hanno seguito *nella tribolazione e persecuzione* nell'ignominia e nella *fame*, nella

infermità e nella tentazione e in altre simili cose; e ne hanno ricevuto in cambio dal Signore la vita eterna. ³Perciò è grande vergogna per noi servi di Dio, che i santi abbiano compiuto queste opere e noi vogliamo ricevere gloria e onore con il semplice raccontarle.

Cap. VII: Ut bona operatio sequatur scientiam.

¹Dicit apostolus: *Littera occidit, spiritus autem vivificat.* ²Illi sunt mortui a littera qui tantum sola verba cupiunt scire, ut sapientiores teneantur inter alios et possint acquirere magnas divitias dantes consanguineis et amicis. ³Et illi religiosi sunt mortui a littera, qui spiritum divinae litterae nolunt sequi, sed solum verba magis cupiunt scire et aliis interpretari. ⁴Et illi sunt vivificati a spiritu divinae litterae, qui omnem litteram, quam sciunt et cupiunt scire, non attribuunt corpori, sed verbo et exemplo reddunt ea altissimo Domino Deo cuius est omne bonum.

VII. La pratica del bene deve accompagnare la scienza.

[156] ¹Dice l'apostolo: " *La lettera uccide, lo spirito invece dà vita.*" ²Sono morti a causa della lettera coloro che unicamente bramano sapere le sole parole, per essere ritenuti i più sapienti in mezzo agli altri e potere acquistare grandi ricchezze e darle ai parenti e agli amici.

³Così pure sono morti a causa della lettera, quei religiosi che non vogliono seguire lo spirito della divina Scrittura, ma piuttosto bramano sapere le sole parole e spiegarle agli altri. ⁴E sono vivificati dallo spirito della divina Scrittura coloro che ogni scienza che sanno e desiderano sapere, non l'attribuiscono al proprio io, ma la restituiscono con la parola e con l'esempio all'altissimo Signore Dio, al quale appartiene ogni bene.

Cap. VIII: De peccato invidiae vitando.

¹Ait apostolus: *Nemo potest dicere: Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto;* ²et: *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* ³Quicumque ergo invidet fratri suo de bono, quod Dominus dicit et facit in ipso, pertinet ad peccatum blasphemiae, quia ipsi Altissimo invidet, qui dicit et facit omne bonum.

VIII. Evitare il peccato d'invidia.

[157] ¹Dice l'apostolo: " *Nessuno può dire: Signore Gesù se non nello Spirito Santo,*" ²e ancora: " *Non c'è chi fa il bene, non ce n'è neppure uno.*"

³Perciò, chiunque invidia il suo fratello riguardo al bene che il Signore dice e fa in lui, commette peccato di bestemmia, poiché invidia lo stesso Altissimo, il quale dice e fa ogni bene.

Cap. IX: De dilectione.

¹Dicit Dominus: *Diligite inimicos vestros [benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos].* ²Ille enim veraciter diligit inimicum suum, qui non dolet de iniuria, quam sibi facit, ³sed de peccato

animae suae uritur propter amorem Dei. ⁴Et ostendat ei ex operibus dilectionem.

IX. Amare i nemici.

[158] ¹Dice il Signore: " *Amate i vostri nemici [e fate del bene a quelli che vi odiano, e pregate per quelli che vi perseguitano e vi calunniano]*". ²Infatti, veramente ama il suo nemico colui che non si duole per l'ingiuria che quegli gli fa, ³ma brucia nel suo intimo, per l'amore di Dio, a motivo del peccato dell'anima di lui. ⁴E gli dimostri con le opere il suo amore.

Cap. X: De castigatione corporis.

¹Multi sunt, qui dum peccant vel iniuriam recipiunt, saepe inculpant inimicum vel proximum. ²Sed non est ita: quia unusquisque in sua potestate habet inimicum, videlicet corpus, per quod peccat. ³Unde *beatus ille servus*, qui talem inimicum traditum in sua potestate semper captum tenuerit et sapienter se ab ipso custodierit; ⁴quia, dum hoc fecerit, nullus alius inimicus visibilis vel invisibilis ei nocere poterit.

X. La mortificazione del corpo.

[159] ¹Ci sono molti che, quando peccano o ricevono un'ingiuria, spesso incolpano il nemico o il prossimo. ²Ma non è così, poiché ognuno ha in suo potere il nemico, cioè il corpo, per mezzo del quale pecca. ³Perciò e *beato quel servo* che terrà sempre prigioniero un tale nemico affidato in suo potere e sapientemente si custodirà dal medesimo; ⁴poiché, finché si comporterà così, nessun altro nemico visibile o invisibile gli potrà nuocere.

Cap. XI: Ut nemo corrumpatur malo alterius.

¹Servo Dei nulla res displicere debet praeter peccatum. ²Et quocumque modo aliqua persona peccaret, et propter hoc servus Dei non ex caritate turbaretur et irasceretur, thesaurizat sibi culpam. ³Ille servus Dei, qui non irascitur neque conturbat se pro aliquo recte vivit sine proprio. ⁴Et beatus est, qui non remanet sibi aliquid reddens *quae sunt caesaris caesari, et quae sunt Dei Deo.*

XI. Non lasciarsi guastare a causa del peccato altrui.

[160] ¹Al servo di Dio nessuna cosa deve dispiacere eccetto il peccato. ²E in qualunque modo una persona peccasse e, a motivo di tale peccato, il servo di Dio, non più guidato dalla carità, ne prendesse turbamento e ira, *accumula per se come un tesoro* quella colpa. ³Quel servo di Dio che non si adira ne si turba per alcunché, davvero vive senza nulla di proprio. ⁴Ed egli è beato perché, *rendendo a Cesare quello che è di Cesare e a Dio quello che è di Dio*, non gli rimane nulla per se.

Cap. XII: De cognoscendo spiritu Domini.

¹Sic potest cognosci servus Dei, si habet de spiritu Domini: ²cum Dominus operaretur per ipsum aliquod bonum, si caro eius non inde se exaltaret, quia semper est contraria omni bono, ³sed si magis ante oculos se haberet vilioem et omnibus aliis hominibus minorem se existimaret.

XII. Come riconoscere lo Spirito del Signore.

[161] ¹A questo segno si può riconoscere il servo di Dio, se ha lo spirito del Signore: ²se, quando il Signore compie, per mezzo di lui, qualcosa di buono, la sua "carne" non se ne inorgoglisce - poiché la "carne" è sempre contraria ad ogni bene - ³ma piuttosto si ritiene ancora più vile ai propri occhi e si stima più piccolo di tutti gli altri uomini.

Cap. XIII: De patientia.

¹*Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Non potest cognoscere servus Dei, quantam habeat patientiam et humilitatem in se, dum satisfactum est sibi. ²Cum autem venerit tempus, quod illi qui deberent sibi satisfacere, faciunt sibi contrarium, quantam ibi patientiam et humilitatem tantam habet et non plus.

XIII. La pazienza.

[162] ¹*Beati i pacifici, perché saranno chiamati figli di Dio.* Il servo di Dio non può conoscere quanta pazienza e umiltà abbia in sé finché gli si dà soddisfazione. ²Quando invece verrà il tempo in cui quelli che gli dovrebbero dare soddisfazione gli si mettono contro, quanta pazienza e umiltà ha in questo caso, tanta ne ha e non più.

Cap. XIV: De paupertate spiritus.

¹*Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* ²Multi sunt, qui orationibus et officiis insistentes multas abstinentias et afflictiones in suis corporibus faciunt, ³sed de solo verbo, quod videtur esse iniuria suorum corporum vel de aliqua re, quae sibi auferretur scandalizati continuo perturbantur. ⁴Hi non sunt pauperes spiritu; quia qui vere pauper est spiritu, se ipsum odit et eos diligit qui eum percutiunt in maxilla.

XIV. La povertà di spirito.

[163] ¹*Beati i poveri in spirito perché di essi è il regno dei cieli.*

²Ci sono molti che, applicandosi insistentemente a preghiere e occupazioni, fanno molte astinenze e mortificazioni corporali, ³ma per una sola parola che sembri ingiuria verso la loro persona, o per qualche cosa che venga loro tolta, scandalizzati, tosto si irritano. ⁴Questi non sono poveri in spirito, poiché chi è veramente povero in spirito *odia se stesso* e ama quelli che lo percuotono nella guancia.

Cap. XV: De pace.

¹*Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* ²Illi sunt vere pacifici, qui de omnibus, quae in hoc saeculo patiuntur, propter amorem Domini nostri Jesu Christi in animo et corpore pacem servant.

XV. I pacifici.

[164] ¹*Beati i pacifici, poiché saranno chiamati figli di Dio.* ²Sono veri pacifici coloro che in tutte le contrarietà che sopportano in questo mondo, per l'amore del Signore nostro Gesù Cristo, conservano la pace nell'anima e nel corpo.

Cap. XVI: De munditia cordis.

¹*Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* ²Vere mundo corde sunt qui terrena despiciunt, caelestia quaerunt et semper adorare et videre Dominum Deum vivum et verum mundo corde et animo non desistunt.

XVI. La purezza di cuore.

[165] ¹*Beati i puri di cuore, poiché essi vedranno Dio.* ²Veramente puri di cuore sono coloro che disdegnano le cose terrene e cercano le cose celesti, e non cessano mai di adorare e vedere il Signore Dio, vivo e vero, con cuore e animo puro.

Cap. XVII: De humili servo Dei.

¹*Beatus ille servus, qui non magis se exultat de bono, quod Dominus dicit et operatur per ipsum, quam quod dicit et operatur per alium.* ²Peccat homo, qui magis vult recipere a proximo suo, quam non vult dare de se Domino Deo.

XVII. L'umile servo di Dio.

[166] ¹*Beato quel servo il quale non si inorgoglisce per il bene che il Signore dice e opera per mezzo di lui, più che per il bene che dice e opera per mezzo di un altro.* ²Pecca l'uomo che vuol ricevere dal suo prossimo più di quanto non vuole dare di sé al Signore Dio.

Cap. XVIII: De compassione proximi.

¹Beatus homo, qui sustinet proximum suum secundum suam fragilitatem in eo, quod vellet sustineri ab ipso, si in consimili casu esset. ²Beatus servus, qui omnia bona reddit Domino Deo, quia qui sibi aliquid retinuerit *abscondit* in se *pecuniam Domini Dei sui* et quod putabat habere auferetur ab eo.

XVIII. La compassione per il prossimo.

[167] ¹Beato l'uomo che offre un sostegno al suo prossimo per la sua fragilità, in quelle cose in cui vorrebbe essere sostenuto da lui, se si trovasse in un caso simile.

[168] ²Beato il servo che restituisce tutti i suoi beni al Signore Iddio, perché chi riterrà qualche cosa per sé, *nasconde*

dentro di sé il denaro del Signore suo Dio, e gli sarà tolto ciò che credeva di possedere.

Cap. XIX: De humili servo Dei

¹Beatus servus qui non tenet se meliorem, quando magnificatur et exaltatur ab hominibus, sicuti quando tenetur vilis, simplex et despectus, ²quia quantum est homo coram Deo, tantum est et non plus. ³Vae illi religioso, qui ab aliis positus est in alto et per suam voluntatem non vult descendere. ⁴Et *beatus ille servus*, qui non per suam voluntatem ponitur in alto et semper desiderat esse sub pedibus aliorum.

XIX. L'umile servo di Dio.

[169] ¹Beato il servo, che non si ritiene migliore, quando viene lodato ed esaltato dagli uomini, di quando è ritenuto vile, semplice e spregevole, ²poiché quanto l'uomo vale davanti a Dio, tanto vale e non di più. ³Guai a quel religioso, che è posto dagli altri in alto e per sua volontà non vuol discendere. ⁴E *beato quel servo*, che non viene posto in alto di sua volontà e sempre desidera mettersi sotto i piedi degli altri.

Cap. XX: De bono et vano religioso.

¹Beatus ille religiosus, qui non habet iucunditatem et laetitiam nisi in sanctissimis eloquiis et operibus Domini ²et cum his producit homines ad amorem Dei cum gaudio et laetitia. ³Vae illi religioso qui delectat se in verbis otiosis et vanis et cum his producit homines ad risum.

XX. Il buon religioso e il religioso vano.

[170] ¹Beato quel religioso che non ha giocondità e letizia se non nelle santissime parole e opere del Signore ²e, mediante queste, conduce gli uomini all'amore di Dio con gaudio e letizia. ³Guai a quel religioso che si diletta in parole oziose e frivole e con esse conduce gli uomini al riso.

Cap. XXI: De inani et loquaci religioso.

¹Beatus servus, qui quando loquitur, sub specie mercedis omnia sua non manifestat et non est velox ad loquendum, sed sapienter providet, quae dabet loqui et respondere. ²Vae illi religioso, qui bona, quae Dominus sibi ostendit, non retinet in corde suo et aliis non ostendit per operationem, sed sub specie mercedis magis hominibus verbis cupit ostendere. ³Ipsa recipit *mercedem suam* et audientes parum fructum reportant.

XXI. Il religioso leggero e loquace.

[171] ¹Beato il servo che, quando parla, non manifesta tutte le sue cose, con la speranza di una mercede, e non è *veloce a parlare*, ma sapientemente pondera di che parlare e come rispondere. ²Guai a quel religioso che non custodisce nel suo cuore i beni che il Signore gli mostra e non li manifesta agli altri nelle opere, ma piuttosto, con la speranza di una mercede,

brama manifestarli agli uomini a parole. ³Questi riceve già *la sua mercede* e chi ascolta ne riporta poco frutto.

Cap. XXII: De correctione.

¹Beatus servus, qui disciplinam, accusationem et reprehensionem ita patienter ab aliquo sustineret sicut a semetipso. ²Beatus servus, qui reprehensus benigne acquiescit, verecunde obtemperat, humiliter confitetur et libenter satisfacit. ³Beatus servus, qui non est velox ad se excusandum et humiliter sustinet verecundiam et reprehensionem de peccato, ubi non commisit culpam.

XXII. Della correzione fraterna.

[172] ¹Beato il servo che è disposto a sopportare così pazientemente da un altro la correzione, l'accusa e il rimprovero, come se li facesse a sé. ²Beato il servo che, rimproverato, di buon animo accetta, si sottomette con modestia, umilmente confessa e volentieri ripara. ³Beato il servo che non è veloce a scusarsi e umilmente sopporta la vergogna e la riprensione per un peccato, sebbene non abbia commesso colpa.

Cap. XXIII: De humilitate.

¹Beatus servus, qui ita inventus est humilis inter subditos suos, sicuti quando esset inter dominos suos. ²Beatus servus, qui semper permanet sub virga correctionis. ³Fidelis et prudens servus est, qui in omnibus suis offensis non tardat interiorius punire per contritionem et exterius per confessionem et operis satisfactionem.

XXIII. La vera umiltà.

[173] ¹Beato il servo che viene trovato così umile tra i suoi sudditi come quando fosse tra i suoi padroni. ²Beato il servo che si mantiene sempre sotto la verga della correzione. ³E' *servo fedele e prudente* colui che di tutti i suoi peccati non tarda a punirsi, interiormente per mezzo della contrizione ed esteriormente con la confessione e con opere di riparazione.

Cap. XXIV: De vera dilectione.

Beatus servus, qui tantum diligeret fratrem suum, quando est infirmus, quod non potest ei satisfacere, quantum quando est sanus, qui potest ei satisfacere.

XXIV. La vera dilezione.

[174] Beato il servo che tanto è disposto ad amare il suo fratello quando è infermo, e perciò non può ricambiargli il servizio, quanto l'ama quando è sano, e può ricambiarglielo.

Cap. XXV: Item de eodem.

Beatus servus, qui tantum diligeret et timeret fratrem suum, cum esset longe ab ipso, sicuti quando esset cum eo, et

non diceret aliquid post ipsum, quod cum caritate non posset dicere coram ipso.

XXV. Ancora della vera dilezione.

[175] Beato il servo che tanto amerebbe e temerebbe un suo fratello quando fosse lontano da lui, quanto se fosse accanto a lui, e non direbbe dietro le sue spalle niente che con carità non possa dire in sua presenza.

Cap. XXVI: Ut servi Dei honorent clericos.

¹Beatus servus, qui portat fidem in clericis, qui vivunt recte secundum formam Ecclesiae Romanae. ²Et vae illis qui ipsos despiciunt; licet enim sint peccatores, tamen nullus debet eos iudicare, quia ipse solus Dominus reservat sibi ipsos ad iudicandum. ³Nam quantum est maior administratio eorum, quam habent de sanctissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi, quod ipsi recipiunt et ipsi soli aliis ministrant, tantum plus peccatum habent, qui peccant in ipsis, quam in omnibus aliis hominibus istius mundi.

XXVI. Che i servi di Dio onorino i chierici.

[176] ¹Beato il servo che ha fede nei chierici che vivono rettamente secondo le norme della Chiesa romana. ²E guai a coloro che li disprezzano. Quand'anche infatti siano peccatori, tuttavia nessuno li deve giudicare, poiché il Signore esplicitamente ha riservato solo a se stesso il diritto di giudicarli.

³Invero, quanto più grande è il ministero che essi svolgono del santissimo corpo e sangue del Signore nostro Gesù Cristo che proprio essi ricevono ed essi soli amministrano agli altri, tanto maggiore peccato commettono coloro che peccano contro di essi, che se peccassero contro tutti gli altri uomini di questo mondo.

Cap. XXVII: De virtute effugante vitio.

¹Ubi caritas est et sapientia, ibi nec timor nec ignorantia.

²Ubi est patientia et humilitas, ibi nec ira nec perturbatio.

³Ubi est paupertas cum laetitia, ibi nec cupiditas nec avaritia.

⁴Ubi est quies et meditatio, ibi neque sollicitudo neque vagatio.

⁵Ubi est timor Domini ad atrium suum custodiendum, ibi inimicus non potest habere locum ad ingrediendum.

⁶Ubi est misericordia est discretio, ibi nec superfluitas nec induratio.

XXVII. Come le virtù allontanano i vizi.

[177] ¹Dove è amore e sapienza, ivi non è timore né ignoranza.

²Dove è pazienza e umiltà, ivi non è ira né turbamento.

³Dove è povertà con letizia, ivi non è cupidigia né avarizia.

⁴Dove è quiete e meditazione, ivi non è affanno né dissipazione.

⁵Dove è il timore del Signore a *custodire la sua casa*, ivi il nemico non può trovare via d'entrata.

⁶Dove è misericordia e discrezione, ivi non è superfluità né durezza.

Cap. XXVIII: De abscondendo bono ne perdatur.

¹Beatus servus, qui thesaurizat in caelo bona, quae Dominus sibi ostendit et sub specie mercedis non cupit manifestare hominibus, ²quia ipse altissimus manifestabit opera eius quibuscumque placuerit. ³Beatus servus, qui secreta Domini observat in corde suo.

XXVIII. Il bene va nascosto perché non si perda.

[178] ¹Beato il servo che *accumula nel tesoro del cielo* i beni che il Signore gli mostra e non brama di manifestarli agli uomini con la speranza di averne compenso, ²poiché lo stesso Altissimo manifesterà le sue opere a chiunque gli piacerà. ³Beato il servo che *conserva nel suo cuore* i segreti del Signore.

AUDITE POVERELLE

PER LE POVERE SIGNORE DEL MONASTERO DI S. DAMIANO

[^{263/1}] ¹ Audite, poverelle dal Signore vocate, ke de multe parte et provincie sete adunate:

² vivate sempre en veritate

ke en obedientia moriate.

³ Non guardate a la vita de fore, ka quella dello spirito è migliore.

⁴ Io ve prego per grand'amore k'aiate discrezione de le lemosene ke ve dà el Signore.

⁵ Quelle ke sunt adgravate de infirmitate et l'altre ke per loro suò adfatigate, tutte quante lo sostengate en pace

⁶ Ka multo venderi(te) cara questa fatiga, ka cascuna serà regina en celo coronata cum la Vergene Maria.

BENEDICTIO FR. BERNARDO DATA

¹Scribe sicut dico tibi: ²Primus frater, quem dedit mihi Dominus, fuit frater Bernardus, et: qui primo incepit et complevit perfectissime perfectionem sancti evangelii distribuendo bona sua omnia pauperibus; ³propter quod et propter multas alias praerogativas teneor ipsum magis diligere quam aliquem fratrem totius religionis. ⁴Unde volo et praecipio, sicut possum, quod, quicumque fuerit generalis minister, ipsum diligit et honoret tamquam me ipsum, ⁵et etiam alii ministri provinciales et fratres totius religionis ipsum teneant vice mea.

BENEDIZIONE A FRATE BERNARDO.

¹Scrivi quello che sto per dire: ²Il primo fratello datomi dal Signore è stato frate Bernardo, che per primo cominciò a vivere la perfezione del santo Vangelo e la realizzò

fino in fondo quando distribuì tutti i suoi averi ai poveri. ³Per questa e numerose altre prerogative, io sono tenuto ad amarlo più che qualunque altro fratello della nostra famiglia religiosa. ⁴Pertanto, voglio e ordino, per quanto sta in mio potere, che chiunque sia il ministro generale, abbia ad amarlo ed onorarlo come un altro me stesso. ⁵E anche gli altri ministri provinciali e i fratelli di tutta la nostra famiglia religiosa lo trattino come tratterebbero me".

BENEDICTIO S. CLARAE ET EIUS SORORIBUS IN SCRIPTIS MISSA.

¹...ad consolandum ipsam scripsit ei per litteram suam benedictionem ²ac etiam absolvit ipsam ab omni defectu, si quem habuisset, in eius mandatis et voluntatibus et mandatis et voluntatibus Filii Dei.

BENEDIZIONE A S. CHIARA E SORELLE.

¹ [...] per consolarla, scrisse a lei una lettera, contenente la sua benedizione, ²e l'assolse da ogni mancanza, se ne aveva commesse, riguardo a direttive e comandi impartiti da lui e alle direttive e comandi del Figlio di Dio.

CANTICO DI FRATE SOLE

[263]¹ Altissimu, onnipotente, bon Signore,
Tue so' le laude, la gloria e l'honore et onne benedictione.

² Ad Te solo, Altissimo, se konfane,
et nullu homo ène dignu Te mentovare.

³ Laudato sie, mi' Signore, cum tucte le Tue creature,
spetialmente messor lo frate Sole,
lo quale è iorno et allumini noi per lui.

⁴ Et ellu è bellu e radiante cum grande splendore:
de Te, Altissimo, porta significatione.

⁵ Laudato si', mi' Signore, per sora Luna e le stelle:
in celu l'ài formate clarite et pretiose et belle.

⁶ Laudato si', mi' Signore, per frate Vento
et per aere et nubilo et sereno et onne tempo,
per lo quale a le Tue creature dà sustentamento.

⁷ Laudato si', mi' Signore, per sor'Acqua,
la quale è multo utile et humile et pretiosa et casta.

⁸ Laudato si', mi' Signore, per frate Focu,
per lo quale ennallumini la nocte:
ed ello è bello et iocundo et robustoso et forte.

⁹ Laudato si', mi' Signore, per sora nostra matre Terra,
la quale ne sustenta et governa,
et produce diversi fructi con coloriti fiori et herba.

¹⁰ Laudato si', mi' Signore, per quelli ke perdonano per lo Tuo amore

et sostengo infirmitate et tribulatione.

Beati quelli ke 'I sosterrano in pace,
ka da Te, Altissimo, sirano incoronati.

¹² Laudato si', mi' Signore, per sora nostra Morte corporale,
da la quale nullu homo vivente po' skappare:

¹³ guai a quelli ke morrano ne le peccata mortali;
beati quelli ke trovarà ne le Tue sanctissime voluntati,
ka la morte secunda no 'I farrà male.

⁴ Laudate e benedicete mi' Signore et rengratiate
e serviateli cum grande humilitate.

FORMA VIVENDI S. CLARAE DATA

¹Quia divina inspiratione fecistis vos filias et ancillas altissimi summi Regis Patris caelestis, et Spiritui sancto vos desponsastis eligendo vivere secundum perfectionem sancti Evangelii: ²volo et promitto per me et Fratres meos semper habere et vobis tamquam de ipsis curam diligentem et sollicitudinem specialem.

FORMA DI VITA.

[139] ¹Poichè, per divina ispirazione, vi siete fatte figlie e ancelle dell'altissimo sommo Re, il Padre celeste, e vi siete sposate allo Spirito Santo, scegliendo di vivere secondo la perfezione del santo Vangelo, ²voglio e prometto, da parte mia e dei miei frati, di avere sempre di voi, come di loro, cura e sollecitudine speciale.

EPISTOLA AD S. ANTONIUM

¹Fratri Antonio episcopo meo frater Franciscus salutem. ²Placet mihi quod sacram theologiam legas fratribus, dummodo inter huius studium orationis et devotionis spiritum non exstinguas, sicut in regula continetur.

LETTERA A FRATE ANTONIO.

[251] ¹ A frate Antonio, mio vescovo, frate Francesco augura salute.

[252] ² Ho piacere che tu insegni la sacra teologia ai frati, purché in questa occupazione, non estingua lo spirito dell'orazione e della devozione, come sta scritto nella Regola.

epistola civibus
bononiensibus scripta.

Dixit etiam quod frater quidam, qui stetit in oratione Brixiae in die Natali Domini, in terrae motu, quem praedixerat sanctus Franciscus et per omnes scholas Bononiae per fratres praedicari fecerat, per litteram, in qua fuit falsum Latinum, et ecclesia corruit, sub ruina lapidum illaesum inventus est.

lettera ai bolognesi.

Disse ancora frate Martino di Barton che un fratello stava raccolto in preghiera a Brescia, nel giorno di Natale (1222), e fu ritrovato illeso sotto le macerie della chiesa crollata durante quel terremoto predetto da San Francesco e che lui aveva fatto annunciare dai fratelli in tutte le scuole di Bologna, mediante una lettera stilata in scadente latino.

EPISTOLA TOTI ORDINI MISSA

¹In nomine summae Trinitatis et sanctae Unitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

²Reverendis et multum diligendi fratribus universi, fratri. A. generali ministro religionis minorum fratrum, domino suo, et ceteris ministris generalibus, qui post eum erunt, et omnibus ministris et custodibus et sacerdotibus fraternitatis eiusdem in Christo humilibus et omnibus fratribus simplicibus et obedientibus, primis et novissimis, ³frater Franciscus, homo vilis et caducus, vester parvulus servulus, salutem in eo qui redimit et *lavit nos in pretiosissimo sanguine suo*, ⁴cuius nomen audientes adorete eum cum timore et reverentia *proni in terra*, Dominus Jesus Christus, *Altissimi Filius* nomen illi, *qui est benedictus in saecula*.

⁵Audite, domini filii et fratres mei, *et auribus percipite verba mea*. ⁶*Inclinate aurem cordis vestri et obedite voci Filii Dei*. ⁷Servate in toto corde vestro mandata eius et consilia eius perfecta mente implete. ⁸*Confitemini ei quoniam bonus et exaltate eum in operibus vestris*; ⁹*quoniam ideo misit vos in universo mundo, ut verbo et opere detis testimonium voci eius et faciatis scire omnes, quoniam non est omnipotens praeter eum*. ¹⁰*In disciplina et obedientia sancta perseverate et quae promisistis ei bono et firmo proposito adimplete*. ¹¹*Tamquam filiis offert se nobis Dominus Deus*.

¹²Deprecor itaque omnes vos fratres cum osculo pedum et ea caritate, qua possum, ut omnem reverentiam et omnem honorem, quantumcumque poteritis, exhibeatis sanctissimo corpori et sanguini Domini nostri Jesu Christi, ¹³in quo quae in caelis et quae in terris sunt, pacificata sunt et reconciliata omnipotenti Deo.

¹⁴Rogo etiam in Domino omnes fratres meos sacerdotes, qui sunt et erunt et esse cupiunt sacerdotes Altissimi, quod quandocumque missam celebrare voluerint, puri pure faciant cum reverentia verum sacrificium sanctissimi corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi sancta intentione et munda non pro ulla terrena re neque timore vel amore alicuius hominis, quasi placentes hominibus; ¹⁵sed omnis voluntas, quantum adiuvat gratia ad Deum dirigatur soli ipso summo Domino inde placere desiderans quia ipse ibi solus operatur sicut sibi placet; ¹⁶quoniam sicut ipse dicit: *Hoc facite in meam commemorationem*, si quis aliter fecerit, Judas traditor efficitur et *reus fit corporis et sanguinis Domini*.

¹⁷Recordamini fratres mei sacerdotes, quod scriptum est de lege Moysi, quam transgrediens etiam in corporalibus *sine ulla miseratione* per sententiam Domini moriebatur.

¹⁸*Quanto maiora et deteriora meretur pati supplicia, qui Filium Dei conculcaverit et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiae contumeliam fecerit*.

¹⁹Despicit enim homo, pollut et conculcat Agnum Dei, quando, sicut dicit apostolus, *non diiudicans* et discernens sanctum panem Christi ab aliis cibariis vel operibus vel indignus manducat vel etiam, si esset dignus, vane et indigne manducat, cum Dominus per prophetam dicat: *Maledictus homo, qui opus Dei facit fraudulenter*. ²⁰Et sacerdotes, qui nolunt hoc ponere super cor in veritate condemnat dicens: *Maledicam benedictionibus vestris*.

²¹Audite, fratres mei: Si beata Virgo sic honoratur, ut dignum est, quia ipsum portavit in sanctissimo utero; si Baptista beatus contremuit et non audet tangere sanctum Dei verticem; si sepulcrum, in quo per aliquod tempus iacuit veneratur, ²²quantum debet esse sanctus, iustus et dignus, qui non iam moriturum, sed in aeternum victurum et glorificatum, in quo *desiderant angeli prospicere*, contractat manibus, corde et ore sumit et aliis ad sumendum praebet!

²³*Videte dignitatem vestram, fratres sacerdotes, et estote sancti, quia ipse sanctus est*. ²⁴Et sicut super omnes propter hoc ministerium honoravit vos Dominus Deus, ita et vos super omnes ipsum diligite, reveremini et honorate.

²⁵Magna miseria et miseranda infirmitas, quando ipsum sic praesentem habetis et vos aliquid aliud in toto mundo curatis. ²⁶Totus homo paveat, totus mundus contremiscat, et caelum exsultet, quando super altare in manu sacerdotis est *Christus, Filius Dei vivi!* ²⁷O admiranda altitudo et stupenda dignatio! O humilitas sublimis! O sublimitas humilis, quod Dominus universitatis Deus et Dei Filius, sic se humiliat, ut pro nostra salute sub modica panis formula se abscondat! ²⁸Videte, fratres, humilitatem Dei et *effundite coram illo corda vestra*; humiliamini et vos, ut exaltemini ab eo. ²⁹Nihil ergo de vobis retineatis vobis, ut totos vos recipiat, qui se vobis exhibet totum.

³⁰Moneo propterea et exhortor in Domino, ut in locis, in quibus fratres morantur, una tantum missa celebretur in die secundum formam sanctae ecclesiae. ³¹Si vero plures in loco fuerint sacerdotes, sit per amorem caritatis alter contentus auditu celebrationis alterius sacerdotis; ³²quia praesentes et absentes replet, qui eo digni sunt, Dominus Jesu Christus. ³³Qui, licet in pluribus locis esse videatur, tamen indivisibilis manet et aliqua *detrimta non novit*, sed unus ubique, sicut ei placet, operatur cum Domino Deo Patre et Spiritu Sancto Paraclito in saecula saeculorum. Amen.

³⁴Et, quia *qui est ex Deo verba Dei audit*, debemus proinde nos, qui specialius divinis sumus officiis deputati, non solum audire et facere, quae dicit Deus, verum etiam ad insinuandam in nobis altitudinem Creatoris nostri et in ipso subiectionem nostram vasa et officialia cetera custodire, quae continent verba sua sancta. ³⁵Propterea moneo fratres meo omnes et in Christo conforto, quatinus, ubicumque invenerint divina verba scripta, sicut possunt, venerentur, ³⁶et, quantum ad eos spectat, si non sunt reposita bene vel inhoneste iacent in loco aliquo dispersa, recolligant et reponant honorantes in sermonibus Dominum, *quos locutus est*. ³⁷Multa enim sanctificantur per verba Dei, et in virtute verborum Christi altaris conficitur sacramentum.

³⁸Confiteor praeterea Domino Deo Patri et Filio et Spiritui Sancto, beatae Mariae perpetuae Virgini et omnibus sanctis in caelo et in terra, fratri H. ministro religionis nostrae sicut venerabili domino meo et sacerdotibus ordinis nostri et omnibus aliis fratribus meis benedictis omnia peccata mea. ³⁹In multis offendi mea gravi culpa, specialiter quod regulam, quam Domino promisi, non servavi, nec officium, sicut regula praecipit, dixi sive negligentia sive infirmitatis meae occasione sive quia ignorans sum et idiota. ⁴⁰Ideoque per omnia oro sicut possum fratrem H. generalem dominum meum ministrum, ut faciat regulam ab omnibus inviolabiliter observari; ⁴¹et quod clerici dicant officium cum devotione coram. Deo non attendentes melodiam vocis, sed consonantiam mentis, ut vox concordet menti, mens vero concordet cum Deo, ⁴²ut possint per puritatem cordis placare Deum et non cum lascivitate vocis aures populi demulcere. ⁴³Ego enim promitto haec firmiter custodire, sicut dederit mihi gratiam Deus; et haec fratribus, qui mecum sunt, observanda tradam in officio et ceteris regularibus constitutis. ⁴⁴Quicumque autem fratrum haec observare noluerint, non teneo eos catholicos nec fratres meos; nolo etiam ipsos videre nec loqui, donec poenitentiam egerint. ⁴⁵Hoc etiam dico de omnibus aliis, qui vagando vadunt, postposita regulae disciplina; ⁴⁶quoniam Dominus noster Jesus Christus dedit vitam suam, ne perderet sanctissimi Patris obedientiam.

⁴⁷Ego frater Franciscus homo inutilis et indigna creatura Domini Dei, dico per Dominum Jesum Christum fratri H. ministro totius religionis nostrae et omnibus generalibus ministris, qui post eum erunt, et ceteris custodibus et guardianis fratrum, qui sunt et erunt, ut hoc scriptum apud se habeant, operentur et studiose reponant. ⁴⁸Et exoro ipsos, ut, quae scripta

